TrpoffTrotT/Tt/rc? fictivus Nh 1, fictor *V* 1, simulativus *L* 1 ; cf. 77^00770/^^ ficcio **Vi,** simulado **Li;** *^potr-rrol^a* ficcio **Li;** *vpouiroihp*™. simulo **NM, L** 2, fingo(r) *L* 5. Notatione tamen dignum est Ethicam Hoferianam hic et in **120.**3* « amativus », ad verba graeca in -ckqs transferenda verba latina in -ivus adhibuisse, quae apud translationem Antiquiorem rariora sunt quam apud Robertum Grosseteste h

1 Vide *supra* pp. xciv-xcv. Addenda sunt in Ethica Borghesiana : 45b! 1 *¿Ktrra-ıtk6$* **107.6** excedens (L excessivus, egressivus) ; 45611, 4bai7, 5165 c/k/lacvctikd? **107.5** morans, **107.**13 morabilis, **110.**19 inmorans (L inmansivus, permansivus) ; 56bi *¿pwTiKÓs* **II8.11** amator (L amativus) ; 55a28, 57614 *$1X1x6$* **115.9** amicabilis, **121.10** diligibilis (**L** amativus, amicativus) ; nec non 52621 *fiXafapós* **112.1**l nocibilis *(L* nocivus) ; 48633 *vo<n]ffj.aTa)8cú$* **109.6** egre *(L* egrotative).

poirq influxus Nh i, 2Vn 2 ; influxio NQ i ; incursus 2Vh i, *Na* i ; incrementum *Nn* i ; extensio Nn i ; auxilium 7Vn i, *L* i ; inclinatio *L* 3. De interpretatione verbi *poinj* Ethicae novae interpres diu dubitavisse videtur, sed tandem aliis verbum « influxus » praeposuisse (vide p. cvi), quod et habet Ethica Hoferiana 123.10; quod casu accidisse vix potest, cum praesertim verbum «influxus» perquam rarum sit et in significatione quam hic habere videtur vix inveniatur L

Non sane id celatum volo, quod Ethica Hoferiana in aliquibus verbis prope singularis est aut etiam cum translatione Lincolniensi convenit, velut :

<in> quantum ATh l **(100.**11) ; quae interpretatio non invenitur in Ethicis, sed certe apud Iacobum Venetum, in Physica Vaticana et apud Guillelmum de Moerbeke.

Sto propter quod l **(101.8),** *L* 108 ; ideoque 4, Nb 4, *V* 1 ; idcirco *Nn l* ; ideo F 12, *L* 5 ; et ideo *V* 3 ; quapropter *V* 2.

Sum propter quid Nb l **(69.n),** *R* 1 ; ideo *Nn l* ; quia *L* 3.

oXcüç totaliter l **(105.13), E** 34 (26 *in textu,* 8 s.Z.) ; universaliter *Nn* 10, Nbi, F8,Ri.

TToXiTcta politia jVh 2, L 9 ; politeia *L* 2 ; urbanitas 2Vh 1, L6; civilitas *V* 3. Sed animadvertendum est verbum *Trohirela* in Ethica nova Borghesianaque deesse, et tamen Robertum Grosseteste ipsum adseveravisse utraque verba et «civilitas» (quod habet Ethica vetus), et «urbanitas» (quod habet Ethica Hoferiana) apud eos qui ante eum Aristotelis verba transtulerunt in usum fuisse : « Politeia dicitur a polis, quod est civitas. Pro quo nomine translatores ponunt hoc nomen urbanitas vel civilitas » (Ks, f. irb, in marg. sup. ; *Oq, i.* iovb, in marg. inf. ; *St,* f. ir, in marg. inf.).

aa>(/>p<oi' temperatus 2Vh l **(101.8),** *L* 52 ; sed in hoc verbo interpretando antiquiores interpretes haesisse videntur (vide *infra,* p. cxlii).

ws sicut *Nh* i, *Nn* i, *L* i, R r ; ut 1, 2Vn 7, Nb 5, F 37, *L c.* 200, *R* 4 ; quia Nn i ; velud *Nn* l ; ac si *V* 3 ; quasi *V* 4 ; quemadmodum *V* 2 (saepius om. Nn et *V,* vide Indicem Graeco-latinum, s.v.)

Quae singularia minus nos offendent, si animadverterimus Ethicae novae Borghesianaeque interpretem, quem ad modum et Ethicae veteris interpres, in usu verborum non constantem esse, immo orationem saepius variare.

l Cf. *Thesaurus linguae Latinae,* t. VII, coi. 1472 ; similiter haec verbi « influxio » significatio apud scriptores Latinos usque ad saeculum VI non invenitur *ibid.* ; sed huius verborum «influxus» et «influxio» significationis testis est usus sermonis Gallici, cf. Godefroy, *op. laud, (supra,* p. xcv, adn. 2), t. IV, col. 580b, s.v. influx, influxion. Animadvertendum est Robertum Grosseteste in Notula quam de verbo « ropin » interpretando scripsit, ed. Mercken, *op. laud, (supra* p. XLiu, adn. 5), pp. 21-22, ad verbum *porr-q* reddendum multa nomina Latina proposuisse praeter « incrementum », quod in Ethica nova legebat (« auxilium », « adiutorium », «inclinatio», «momentum», «motus», «utilitas»), inter quae tamen verba «influxus» vel «influxio» non numeravit.

3. De translationis Antiquioris aliis reliquiis

De paucis verbis in codicibus Yg et St adservatis.

In codice Yg.

De codice *Yg* iam supra egi, cum maximi momenti sit ad verba Ethicae veteris stabilienda (vide pp. xx et xxm-xxvii). Hic autem addendum est codicem *Yg* in libri IV versu 2^29 supra verba Graeca TrappTjaia.arijs' et *KaTafipov-q-riKos* eorum interpretationem scripsisse :« fiducialis » et «contemptor» (vide **101.**21). Quae verba translationis Antiquioris esse possunt, cum praesertim ad verbum in *-ikos* transferendum non adhibitum sit verbum in -ivus quod Robertus Grosseteste consuetudine sua in hoc loco habet « contemptivus », sed « contemptor », quod mos est et consuetudo antiquiorum interpretum (vide pp. xciv-xcv et cxxxii).

In codice St.

Infra autem agemus de codice *St,* qui translationem Lincolniensem cum notulis Episcopi praebet (vide pp. clxxx-clxxxi). Hic vero animadvertendum est codicem *St* in 55ai2-i3, supra verba translationis Lincolniensis 298.13 : «ad inpeccabile », manu ipsius librarii qui et notulas Roberti Grosseteste hoc modo adnotavit, adnotavisse : « vel ad non peccandum, secundum aliam translationem » (f. I43rb). Cum autem haec « alia translatio » nihil aliud sit nisi Ethica Borghesiana **(114.**rq.), quam sic patet librarium in manibus habuisse, ex hoc adducimur ut, quando paulo post in ipso textu codicis *St* aliqua verba scripta legimus quae a translatione Lincolniensi abhorrent, ea translationi Antiquiori, cuius Ethica Borghesiana est pars, attribuamus, cum praesertim haec ipsa verba antiquitatem redoleant.

Haec enim sunt pro 6oaig *Oiacrdirrjs* « saltator », pro 6oa2O *èpavicrrqs* « histrio » et pro 6oa33 *rlpcripa* « honor » *(St,* f. 152™ ; vide **122.3-5).** Hunc ultimum locum huic loco Ethicae Hoferianae **(101.**17) comparare possumus ubi *rip/ri* eodem verbo Latino « honor » redditum est (vide *supra* p. cxxxi), cum hic et illic Robertus Grosseteste ad verba ri/x?) et *rip.t]p,a* reddenda idem verbum Latinum « pretium » aptius adhibuerit. Verba autem

« saltator » et « histrio » verba sunt communia quae antiquioris interpretis usui plane respondent (comparari potest in Ethica Borghesiana **117.13** et **119.22** « mimus » pro 50ai3 et 57a6 *evTpárreXos),* sed quibus Robertus Grosseteste propria verba substituere conatus est, quae si invenire non potuit, transcripsit, pro « saltator » novans « conchoreans », pro « histrio » transcribens « eranista » (ut pro « minus », « eutrapelos ») 4.

De verbis apud Michaelem Scotum adservatis.

Iam pridem v.d. Ch. H. Haskins nos docuit, Michaelem Scotum in eo libro qui Liber introductorius inscribitur decem librorum Ethicorum Nicomacheorum interpretationem cognovisse 2, quae tamen translatio Lincolniensis esse non potest, oum haec non ante annos 1246-1247 confecta sit, Michaelis autem Liber introductorius circa annos 1228-1235 conscriptus sit, quoniam Michael ante annum 1236 diem supremum obiisse constat3. Ad translationis ergo Antiquioris libri Ethicorum pleniorem notitiam multum interest verba Michaelis attente scrutari, quae in his codicibus adservantur 4 :

P = Parisinus, bibliothecae nationalis, n.a.l. 1401, qui, circa annum 1279 a librario Italico scriptus, melioris notae est.

1 Cf. O2br *èpflpvois* **Nn 93.r** infantibus : *L* **161.***r* embrionibus ; 32328 8i\a *Nh* **103.20** dupliciter: *L* **324.**19 dicha; 0335 *avvetnv Na* **95.**r intelligenciam : *L* **I62.13** intellectum, sed **265.6** synesis (vide ipsius Roberti ad hunc locum Notulam). In translatione Lincolniensi **211.**10 verbo «histrio» redditur 23322 *¿pavLarys* : veri simile est hoc esse translationis Antiquioris verbum a Roberto servatum ; similiter in 6obi9 verba *èv râ> ripr/parc* verbis 313.24 " ln honoracione » redduntur, quae esse possunt ipsa verba translationis Antiquioris, vel verba translationis Antiquioris « in honore » imperfecte correcta *(R* **534.12*** perfecte correxit : « in precio »).

2 Ch. H. Haskins, *Studies in the History of Mediaeval Science* (« Harvard Historical Studies» XXVII), Cambridge (Mass.) 1924 (2a ed. 1927), p. 284, adn. 78.

3 Cf. J. Wood Brown, *An Enquiry into the Life and Legend of Michael Scot,* Edinburgh 1897, pp. 164 cum adn. 5, et 176 ; Ch. H. Haskins, *op. laud.,* pp. 276-277 ; L. Thorndike, *Michael Scot,* London and Edinburgh 1965, pp. 38-39-

4 Vide L. Thorndike, *Manuscripts of Michael Scot's Liber introductorius* (« Didascaliae. Studies in Honor of Anselm M. Albareda», New York 1961, PP- 425"447) › in codice Scorialensi f. III. 8, altera prooemii pars, in qua Michael Ethica Nicomachea laudat, per reliquum opus dispertitur (cf. *ibid.,* p. 433) ; sed codicem non inspexi et utrum loci in quibus Michael Ethica laudat in eo inveniantur, nescio.

M = Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, Clm. 10268, qui, ante XIV saeculum medium a librario Italico scriptus, verba Michaelis alienis verbis interpositis iam vitiata praebet.

O = Oxoniensis, bibliothecae Bodleianae, Bodl. 266, saeculo XV scriptus, qui, etsi a codice Monacensi non est descriptus, tamen ei coniunctus esse videtur.

His ergo fere verbis Michael Ethica Nicomachea in Latinum conversa laudare videtur :

« Ethica est scientia moralis, quam reperitur compillavisse Aristoteles, cuius liber sic intitulatur : *Ethicorum nicomachiorum Aristotelis liber primus incipit,* et sunt 10 libri cuius primus ita incipit : *Omnis ars et omnis doctrina* etc. Post quem et super quo alii multi opera clarius fundaverunt » *[P,* f. 37rb ; *M, f.* i8vb ; *O,* f. 24™).

«... cum hec ars faciat hominem scientem multa et reddat eum famosum sciencie secretorum apud ignaros et idiotas, quod non est parum. Unde Aristoteles in libro Ethicorum : *Desideratur ars propter aliud* » [VI, 2, ii39bi~4] (P, f. 33va ; M, f. i6ra ; *O,* f. 20rb).

«Alius dixit : Ars est finitum infinitorum compendium. Alius dixit: *Ars est quidam habitus cum experta ratione veritatis factivus* [VI, 4, 1140 a 20-21], *que nonfallit* [VI, 3, 113^16-17] » (P, f. 32vb ; *M,* f. I5va; *O,* f. 20ra).

« Unde Philosophus : Posita causa ponitur effectus. Et alibi : *Sapienda est scienda et intellectus* [VI, 7, 114^2-3] principii, medii et finis» (P, f. 34va ; *M,* f. i6va ; *O, i.* 21ra).

1 Alceles *P* : Alfylis *MO* 8 ars *ser.* : res *codd.* 10 compendium] + Aristoteles quidem dixit : Ars est principium in alio et natura est ipsum principium [Met. iO7oa7-8 ; Media, Paris. B.N. lat. 6325, f. 27iva] ... *MO* 10 Alius dixit] alibi quidem dixit *MO* 11 Ars — factivus] *bis (primo* veritatis *om.) MO*

Quin autem haec non Michaelis propria, sed aliena verba a quodam viro docto post eius mortem ex translatione Lincolniensi interpolata putemus, hoc prohibemur quod, praeterquam quod in codice melioris notae *P* iam inveniuntur, Aristotelis verba a Michaele laudari videntur in quadam interpretatione quae a translatione Lincolniensi differt.

Inscriptio ipsa «Ethicorum nicomachiorum Aristotelis » inscriptioni graecae *'ApiaToréXovs 'HOik&v* AiK-op-ayeutw aptius respondet quam inscriptio translationis Lincolniensis : « Aristotilis moralium ad Nicomachum », cum Michael nominis «Aristoteles» veram formam, quae non nisi raro apud illius aetatis scriptores invenitur \

1 Vide quae scripsi in S. Thomae de Aquino, *Sententia libri Ethicorum* («Opera omnia»... XLVII, 1), Praef., p. 192*.

retinuisse videatur (eam quidem habet codex *P* in lin. I, deinde cum ceteris obscure nomen scribit), Robertus autem formam consuetam « Aristotiles » usurpat[1] ; verbum « ethicorum », quod Robertus interpretavit « moralium », Michael transcripsit, sicut et transcripsit verbum « nicomachiorum », quod Robertus explicavit « ad Nicomachum » ; verum est Robertum in commentario verba « Hthica » et « nicomachia » posuisse [2], sed veri simile non est ea e commentario ad inscriptionem restituendam quendam virum doctum eruisse.

In versibus 8-g, Michael laudavisse videtur Aristotelis verba in libro VI, 3gbr-4 (potius quam in libro I, gqai-2), dummodo verbum « res », quod habent codices, in « ars » corrigamus : in hac enim prooemii particula Michael, ante quam artem per se delectabilem esse ostendit, eam ad aliud esse utilem ostendere nititur ; sententia ergo : « Desideratur *res* propter aliud » nec loco congruit nec Aristotelea esse videtur, sed communis et vulgaris, ne dicam nugatoria ; sententia autem : « Desideratur *ars* propter aliud » in locum plane accommodatur et, quamquam ad verbum non est Aristotelis, tamen sententiam Aristotelis in 3gbi-4 breviter expromit (ubi re vera non de arte, sed de factione agitur, quam tamen ab arte dirigi docuit Aristoteles). Sed certe verbum « desidero » interpretis antiquioris esse videtur potius quam Roberti, qui huic verbo communi verbum proprium «appeto» maluit.

In definitione artis transferenda (lin. 11-12), interpretem quem laudat Michael aliam ac translationem Lincolniensem **257.5-6** : « Ars ... habitus quidam cum racione vera factivus est » interpretationem verborum Aristotelis 4oa20-2i *rj* ... ... *ê£is ns fiera Xoyov àXrfiovs rroi/rfriK-q èariv* proposuisse videtur. Nam genetivum *àXrfdovs* cum nomine ttoîtjtikt) coniunctum esse recte perspexit : « veritatis factivus », quod Robertus cum nomine *Xóyov* perperam coniunxit : « cum ratione vera ». Verbum autem « experta », quod apud Aristotelem deest, a Michaele interpositum esse potest, ut commemoraret Aristotelem in fine secundi libri Posteriorum Analeticorum (iooa6-8), ex experimento esse artis principium docuisse [3]. Verba vero « que

1 Sic habent codices Roberti ; perperam « Aristoteles » scripsit Mercken, *op. laud,* (vide *supra* p. xliii, adn. 5), p. 104 ; etc.

2 Perperam « Nicomachea » scripsit Mercken, *op. laud.,* p. 5, 06, 15 ; codices enim habent « nicomachia ».

3 Cf. Translatio Iacobi, ed. L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus* IV, 1-4, *Analytica Posteriora,* Bruges-Paris, 1969, pp. 105-106. — Forsitan S. Albertus

non fallit » doctrinam commemorant quam Aristoteles paulo ante nos docuit, dum artem inter habitus quibus verum dicimus numeravit et non inter hos quibus contingit nos fallere (Sia-*pevbeadai,* 3gbig-i7 ; cf. qiag-q, ubi tamen inter habitus quibus verum dicimus et numquam fallimus ars non numeratur).

In definitione tandem sapientiae (lin. 15), animadvertendum est ante « sciencia » coniunctionem «et» (qib3 *Kal),* quam habet Robertus cum codicibus Graecis AbPbMbNb, interpretationem quam laudat Michael omisisse cum codicibus Graecis ‹9bLbP2 ; atqui iam vidimus (p. cxxvm) Ethicam Hoferianam in hoc libro VI cum codice *Ob* convenire.

Non est ergo cur librum Michaelis alienis verbis interpositis vitiatum esse suspicemur, immo constare videtur eum decem librorum Ethicorum Nicomacheorum translationem Antiquiorem ante 1235 cognovisse, ad cuius librum VI, ut par fuit, quoniam de artis natura tractabat de qua Aristoteles in hoc libro agebat, praecipuo studio incubuit.

C

DE TRANSLATIONIS ANTIQUIORIS INTERPRETE

De alio translationis Antiquioris interprete et alio Antiquissimae.

Cum olim ahum Ethicae veteris et alium Ethicae novae interpretem esse, illum vetustiorem, hunc recentiorem viri docti suspicati sint[1], nuper cl. vir L. Minio-Paluello unum atque eundem interpretem antiquiorem Ethicorum Nicomacheorum

quoque translationem Antiquiorem laudaverit in commentario quod scripsit in libellum Dionysii qui fertur De caelesti Hierarchia (cf. H. Dondatne, *Date du Commentaire de la Hiérarchie céleste de saint Albert le Grand,* « Rech. de théol. anc. et méd. » XX, 1953, p. 320) : « Ars dicitur habitus factivus cum ratione *certa* » ; « Ars est habitus factivus cum ratione *veri* » (ed. Borgnet, t. XIV, pp. 82b et 424b) ; « certa » enim pro « experta » et « veri » pro « veritatis » posita esse possunt (k veri » verum verbum interpretis antiquioris esse potest) ; sed horum locorum editio critica desideratur.

1 Vide A. Jourdain, *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote...,* nouvelle éd.... par Ch. Jourdain. Paris 1843, pp. 77 et 179 ; C. Marchesi, *op. laud,* (videp. xv, adn. 1), pp. 30-32 ; quos secuti sunt Cl. Baeumker, M. Grabmann, A. Pelzer, etc.

translationem completam confecisse, cuius membra dispersa sunt Ethica vetus, Ethica nova et Ethica Borghesiana, coniecit[1]*. Optime quidem hic, quod translationem Antiquiorem completam fuisse dixit, cuius completae translationis partes quae exstant sunt non solum Ethica nova et Ethica Borghesiana, sed etiam Ethica Hoferiana, vel, ut melius dicam, Ethicae veteris recognitae et librorum III ex-X reliquiae quae in non nullis testibus, quorum praecipuus est codex Hoferianus, adservantur. Sed alium fuisse Ethicae veteris interpretem et hunc vetustiorem, iure, mea quidem sententia, veteres tenuerant.

Non sane infitias eo quin in quibusdam verbis frequentioribus transferendis Ethicae novae, Borghesianae Hoferianaeque interpres cum Ethicae veteris interprete (nec non cum Roberto Grosseteste) conveniat, velut :

Quid significent litterae et numeri, dictum est *supra,* p. cxxxn.

yáp enim. *V* 207, *NR 105, Nb* 80 ; quoniam *V 1* (autem *V* 8, *Nn* 9, Nb 2 ; quidem *V* i ; igitur *V 2* ; quae codicum vel Graecorum vel Latinorum menda esse possunt) ; *L* enim c. 1000

ye om. V 16, NQ 15 ; utique 7Vn 2.

877 utique *V* 36, Nn 22, Nb 8, Nh 3, *L* 180 ; igitur *V* 3, *L* 1, *R* 8 ; quidem Nn 1.

TrXrjv prêter *V 2, NR* 1 ; nisi *V* 2 ; nisi quod *V* 1 (cf. ttAijv «i nisi Nn 1) ; set tamen *V* 1 (tamen 1 ? cf. **122.**10*)

re et *V* 14, Nn 4, 7, 2Vh 1, *L* 88 ; que N" i, *L* 29, R 6 (enim A'h 1) ; saepius *om. VNL,* vide Indicem Graeco-Latinum, s.v.

dwn-ep quemadmodum F20, *Nn6,* 2Vb 14, Nh 1, L 135 ; ut F8, Nn4, L4; sicut F r ; quasi Nn 1.

Sed in aliis verbis frequentioribus transferendis Ethicae novae, Borghesianae Hoferianaeque interpres et Ethicae veteris interpres inter se differunt, velut :

av om. V47, No 8; utique *V* 9, *Nn* 43, Nb 14, *L c.* 330, *R* 7 ; quidem *V* 3, Nb r ; potest i.

Sto ideo F 12, L 5 ; et ideo F 3 ; quapropter F 2 ; ideoque F 1, 4, Nb 4 ; idcirco Nn i ; propter quod 1, L 108.

ert adhuc F 26, 7Vn 1, Nb 1, £ 72, *R* 1 (cf. ov/cen, non adhuc F 2, *L* 7) ; amplius *V* i, Nn 8, Nb 11, Nh 2 (cf. non amplius N"111) ; *{in summa* adhuc F 27, *L yg, N* 2 ; amplius F 1, *L* 1, A7 22).

7 vel *V* (lib. II) 23, F (lib. III) 22, Nn 24, Nb 5, £ c. 450 ; aut F (lib. II) 6, F (lib. III) 51, Nn 24, Nb 18, Nh 13 *(in summa N* 55), *R* 4.

1 L. Minio-Paluello, *Note sull'Aristotele latino medievale,* VII (« Rivista di filosofía neo-scolastica » XLIV, 1952), p. 486, adn. 3 ; Id., *laeobus Veneticus Grecus : Canonist and Translator of Aristotle* («Traditio» VIII, 1952), p. 279, adn. 28 , Id., *Aristoteles Latinus. Codices. Pars Posterior,* Cantabrigiae 1955, p. 788.

0i0t' verbi gracia R 41 ; utputa Nn (usque ad 96b17) 5, Nb 2, *Lç.* ı *ut t* Nb i ; puta Nn (a 97a6) 7, 8 *(in summa* utputa, utpote, puta TV 23) *r T-* quemadmodum V 1, Nb r ; velud 2Vn 1. ° ' 133 '

ori quoniam *V* 51, Nn (a ooa26) g, Nb 4, *L* 225 ; quod ^5, Nn (usgua ad q8bl8) 4j i, R 2 ; si *V* 1 ; quia N" 2, Nb 8, Nh 2, *L 2, R 2* ; quasi Nn 2 ,ı *summa N* quoniam 13, quia 12)

ouTOis sic F 37 (ci. ourotvi sic *V* 2), NM, *L* 115, R 1 ; ita Nn 26, Nb 7 Nh *L 21 (in summa* sic *V* 39, Ni; ita *N* 35).

<77rouôaîos bonus *V* 9 ; studiosus Nn 8, Nb 4, *L* 59.

<f>i¡p,í aio *V* 2 ; dico *V* 10, Nn 1, Nb 1 ; inquio *V* 3, Nn *4, Nb 8.*

áj v existons *V* (usque ad lobio) 17, *V* (a lobio) 11, Ntti, NM, NM, *L 142* ı ens F (a lobio) 15, Nn 12, Nb 7, N* 2, *L* 57, *R 1* ; qui est F 5, N" 2, NM : esse F 1, NM *(in summa* existons F 28, N 5 ; ens F 15, N 21).

ùJcTTf quare F 3, Nn 4, Nb 1, *L 71* ; quoniam F 1 ; quapropter Nn 2, *L* i ; quod *Nn* i ; ut F 4, Nn 2, Nb i, L 5.

Igitur, etiamsi unum atque eundem interpretem Ethicam veterem et Ethicam novam, Borghesianam Hoferianamque confecisse contendere vellemus, concedere saltem deberemus eum Ethicam novam, haec est liber I, post Ethicam veterem, haec est libri II-III, transtulisse : veri simile enim non est unum atque eundem interpretem particulam *áv* primo in libro I verbo « utique » fere reddidisse, deinde in libris II-III fere omisisse, et iterum in libris VII-VIII verbo « utique » reddidisse, similiterque usum bis mutavisse in verbis <t i, o i o v, o v t w s, <hv, *cmovSaîos* reddendis. Sed veri similius est duos usus duos interpretes denuntiare.

Quod confirmat duorum interpretum in usu verborum rariorum varietas. Verum sane est unius atque eiusdem interpretis orationem firmam et stabilem non esse, praesertim cum propria philosophiae moralis verba fixa etiam tum non essent ; exempli gratia adferre liceat verbum *vnepftoXri,* quod Ethica vetus primo reddidit «superfluitas» (usque ad 15.15:19, postea 3), deinde « superhabundancia » (a **16.**3 : 12), aut vocem ı o *xpr/acpov,* quam Ethica Borghesiana reddidit primo « utile », deinde (a **120.**b) «questus» (vide indicem Latino-Graecum, s.v.). Attamen Ethica nova, Borghesiana Hoferianaque maiorem dissimilitudinem ab Ethica vetere habere videntur, inter se autem similitudinem quandam, ut in verbis quae sequuntur apparebit :

¿yaffós bonus *V* 18, .V" II, Al" 19, *Nb 2* ; optimus N" 5, N» *2.*

ípoiKos agríeos *V* 1 ; ruricola *V* 2 ; rusticus N» 1.

áyui ago *V* 2 ; duco *V* 1 ; instruo *N" 1.*

átSios eternalis *V* r ; sempiternalis *V* 1 ; perpetuus N» 1.

alpéopai volo *V 6* ; eligo *V* 6, N>' 5, N» I ; opto N" 2 ; aipea.i voluntas *V* 2 ; aíptrós voluntarius 1'3 lectus *V* 1 ; eligibilis *N"* 4 ; *comp.* eligencior *V* 1 ;

eligibilior *Nn 2* ; desiderabilior *Nn* i ; *superi,* eligibilissimus 1 ; *-npoalpeais* proeresis *V* 5 ; proheresis Nn 2 ; voluntas *V* 2 ; preiudicium *V* 1 ; eligencia *V* 14, *Nn* i *(s.l.)* ; electio *V* 5, *Nn* 1 ; *irpoaipen/cos'* voluntarius *Vi (in summa,* volo, *etc.* V 14, *N numquam).*

aKo'Aaæros incontinens *V* 24 (cf. a/coAaaia incontinencia *V* 10 ; *aKoXaaralvuj* incontinens sum *V* 1) ; fornicator 7Vb 3 ; luxuriosus N13!.

dAAà /ztjv set *Vi;* quin immo Nn 1.

dAAore alias *V* 1 ; aliquando Nb 1.

dXvTTos sine tristicia *V* 1 ; non tristis 2Vb 1.

dvbpaTTobwbrjs contemptibilis *V* 1 ; voluptuosus *V* 1 ; bestialis *Nn* 1 (quae interpretatio verior est), *L* 1 ; servilis *L* 3.

audéveta. inbecillitas *V* 1 ; infirmitas 2Vb 1.

drqu/a inhonor *V* 1 ; convicium 1 (cf. 0dyo$-).

^*iKvvp-t* ostendo *V* 2 ; demonstro Nn 1 {cf. *dno-,* ¿y- demonstro 2).

8eiva. (ra) pericula *V* 4 ; timenda *V* 1 ; odibilia Nn t.

SijAócü ostendo *V* 1 ; manifesto Nh 1 (cf. Seimpi).

8wa.p,t$ potencia *V* 4 ; virtus *V* 1, *Nn* 6 ; vis Nn 1

€K<LT€pos alter *V* 2 ; uterque V3; alteruter Nb5.

¿vipyeia actus *V* 6, N" 17, *Nb* 3 : accio jyn 4 . operado *V* 2, JV" 1, *Nh 2* ; cf Trpúíw actus *V2* ; accio *N'* 1 ; operacio *V* 38, N« 17, N» 4, *Nb* 1 *(i„ summa* ' accio *N* 6, *V numquam).*

tvrip.o$ honoratus *V i ;* clarus Nn i.

arrepo» induco *V* i ; infero 2Vn i,

evTpaTTcXos eutrapelus *V* i ; mimus Nb 2.

desidero Fi, AT-i, Nb i, Nh i ; opto N" i ; optatrix sum N» r ' concupisco Nn 2, Nb 2.

¿Mi delectado *V* 34, N- 2, Nh 18, Nh 2 ; voluptas *V* (o4a-b) 6 N» 7 N» 4 ' leticia N»6 (cf. ró leticia r) ; dulcis *V* 1 ; delectabilis V24 N" o 7Vb 26 ; letabilis Nb i. ^>9,

rfiiKos consuetudinalis *V* 6 ; moralis V2 (s.Z.), Nn 2

17/acrra nequaquam Vi; minime Nnr.

■*qpçpa* quiete *V* r ; parum r.

taTpiKT) medicina *V2, Nn* 1 (g4a8) ; medicinalis Nn 4 (a Qôatt).

Káp,vai egroto *V* 1 ; laboro Nb 1.

Kotvcüvéüj communico *V 2, Nn 1* ; participo Arn 2

Koidfyù fero *V* i ; affero *V* 1 ; induco *Nn* 1

Aiav multum *V* 1 ; valde Nn *it* jyb

p,avdávcü disco *V3;* addisco N»i.

p,7)vvco demonstro *V 1* ; significo 2Vn 2

odiosus *V* i ; odibilis 2Vn 1 frf ; *ICI. Troios* derisorius *V* 1 ; densibilis Nn u veo? luvems *V* i ; puer N" 2, *N»* 1 ; adolescens ,Vb r

o'ppzúo tendo *V* 1 ; moveor Nb 1 ; procedo N» 1.

opp-q motus *V* i ; promocio Nn i

■*uevla* inopia *V* 3 ; penuria Nb 1

ttA^ttoj percucio *V* 1 ; ulcero 7Vb j ; vuinero jyh

-íroXiTiK'q (y) civilitas *V* 1 (cf. Quintilianus II xv 25, qui eodem verbo transfert verbum Platonis, Gorg. 463 D 2) ; civilis Nn 7 ; TToAirtxôç (ó) civis *V* i ; civilis Nn3-

ttoAAúk1s sepe *V* 3 ; multociens Vq N"4, Nb 1.

*irpoaridi)^* addo *V* i ; adicio *V* 1,]Vn 1 ; appono Nn 2, Nb

TTpórepov primitus *V* 3 ; prius *V* 3, 4, Nb 1.

ieTe V T' N" 1 : Pene Nn 2.

castus *V 22* ; constans *V* 2 ; honestus Nn 2 ; sobrius 1 ' continens Nb i *(s.L)* ; temperatus Nh 1 ; *aa)<f>ponvvT]* castitas *V* 10 ; pudicicia *V* 1 (s /) ' honestas IVn 1 ; *aa>(f>p0vcos* caste *V 1.*

t «« 7(i) pono *V* i ; ordino *Nn 1.*

TCKvov natus *V* 2, Nb 1 ; ñlius Nn 2.

TotovToç talis *V* 54, Nn 26, N!' 13, 7Vh 3 ; hic *V* 15, Nn 2, Nb 3, 1 *(in summa* : hic *V* 27,7 % ; *N* 14,2 %).

rvyyava) contingo *V* 3 ; invenio *V* 5 (cf- *ciri-* invenio *V* 1, JÇn . frabeo *y I* Nn2 ; adipiscor NQ 2 ; o quicumque *V* 1 ; quilibet Nn 3 (T¿ Tv^ovra alia F i ; que apponuntur *V* 1).

</>aívop,a.L videor *V* 31, Nn 33, 2Vb 3 ; appareo Nb 3, *Nh* 1.

(lhXotolovtos (o) is qui talia diligit *V* ; amicus talium 7Vn 1.

tf>póvip,os sapiens *V* 1, Nn 1 (cf. *€p.$pcov* sapiens 2Vn 1) ; prudens Nb 1 (cf. *<f>povéujv* prudens *Nb* 1) ; *<f>pôveais* fronesis *Nn* 1 ; sapiencia *Nn* 1 ; prudencia Nn 2.

Xaipoj gaudeo *V* 13 ; delector *V* 1, *Nn* 3 ; letor F 9, Nb 5.

«/royos vituperado *V 2* ; convicium *Nn* T (cf. an/xia).

Quibus in verbis differentiis confirmatur quod iam denuntiabat in fortuna differentia librorum. Namque disparia fata habuerunt libelli, cum Ethicae veteris verba incorrupta in duobus codicibus saeculi XII exeuntis adserventur, Ethicae autem novae non nisi corrupta verba habeant codices saeculi XIII, qui omnes ex uno pessimo archetypo pendent, Ethicaeque Borghesianae et Hoferianae verba non sint nisi reliquiae ab exitio maioris partis libri uno tantum codice vix tandem vindicatae. Cum praesertim Ethicae veteris codices optimae notae *Ay* et *Os* ex duobus hyparchetypis pendere videantur quorum utrumque interpretis libro proximum erat, veri simile non est utrumque, si integer fuisset liber, eum detruncavisse. Ergo pro re comperta habeo translationem Antiquissimam, quae Ethica vetus dicitur, statim a prima origine non nisi ex libris II et III constitisse, translationem autem Antiquiorem interpretationem Libri Ethicorum serius complevisse Ethicam veterem retractando et libros I et IIIex-X primum transferendo, quae tamen translatio Antiquior infelici casu maxima ex parte periit.

De Michaele Scoto, translationis Antiquioris interprete, circa annos 1215-1220.

Abhinc quadraginta annis apud viros doctos mos invaluit ut Ethicam novam sine nomine traditam esse dicant. Quod falsum est, quoniam sub nomine Michaelis Scoti in codice *Qj,* hic est codex Audomarensis, bibliothecae municipalis, 620 (vide *supra,* p. I ix), traditur, cuius codicis testimonium ventilari et disputari certe potuit et debuit, cum praesertim codex *Qj*

inter codices deteriores numerandus sit (vide p. lxxxvi), sed non reiectum est, re consulta et explorata, quod iustum esset, immo indicta causa mera neglegentia praeteritum est : id enim nescierunt C. Marchesi et A. Pelzer [1], et, mirabile dictu ! neglexit G. Lacombe [2], quorum vestigiis omnes postea ingressi sunt. A pristino ergo eius statu rem repetamus oportet.

Primo ergo ante legentium oculos ponenda est codicis Audomarensis subscriptio, quam ipse codicis librarius post Ethicam novam completam saeculo XIII scripsit :

« Explicit nova ethica Aristotilis quam transtulit magister michael scotus de greco eloquio In Latinum ».

Quae subscriptio iam anno 1861 a M. Michelant in lucem edita est [3].

Nihil habet in se haec subscriptio cur nobis in falsitatis suspicionem veniat, attamen inanissimis de causis eam J. Wood Brown in dubium vocavit : quia inscriptiones vel subscriptiones non nullorum librorum a Michaele Scoto ex Arabico in Latinum sermonem conversorum pro « ex arabico » falso habent « ex graeco », inepte coniecit (quod iam forsitan fecisset, sed obscurius, F. Wüstenfeld)[4], pro « ex Graeco » legendum esse etiam hic : « ex arabico » : atqui Michael ex Arabico Ethica non transtulisse ostenditur[5]. Quid ad rem, cum Ethicam novam ex Graeco conversam esse pateat ? Similiter sine causa, sed a J. Wood Brown in errorem inductus, codicis Audomarensis subscriptionem suspectam habuit P. Mandonnet[6]. Rectius tandem et temperatius huius subscriptionis confirmationem desiderari animadvertit M. Grabmann[7].

1 In operibus iam laudatis, *supra* p. xv, adn. 1 et 2.

2 In descriptione codicis Audomarensis 620, *Aristoteles Latinus. Codices Pars Prior,* Romae 1939, p. 448, n. 430 (cf. p. 67).

3 *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements* (Série in-40), t. III, Paris 1861, p. 272.

4 F. Wüstenfeld, *Die Übersetzungen Arabischer Werke in das Lateinische seit dem XI. Jahrhundert* (« Abhandlungen der K. Gesellschaft der W. zu Gottingen » XXII), Gottingen 1877, p. 106.

5 J. Wood Brown, *op. laud, (supra* p. cxxxv, adn. 3), pp. 133-134.

6 P. Mandonnet, *Siger de Brabant et l'averroïsme latin au XIII6 siècle. I16 Partie. Étude critique,* 2me éd., Louvain 1911, p. 14, in adn., et 24, adn. 3.

7 M. Grabmann, *Forschungen über die lateinischen Aristotelesübersetzungen des XIII. Jahrhunderts* («Beitrage z. Gesch. d. Philos, d. Mittelalters » XVII, 5-6), Münster i. W., 1916, p. 217.

Firmamento tamen iam non carebat codicis Audomarensis subscriptio, cum primo in scriptorum maioris Britanniae summario Gippeswici anno 1548 edito, et deinde in scriptorum maioris Britanniae ampliori catalogo Basileae anno 1557 edito Ioannes Baleus inter Michaelis Scoti opera numeravit : « In Ethica Aristotelis li. X » [1], quam mentionem ab eo descripsit Ioannes Pitseus : « In Aristotelis ethica Libros decem » [2]. Perperam enim A. et C. Jourdain adseveraverunt «li. X», quod scripserat Baleus, in « lib. I » Pitseum correxisse [3], cum apud Pitseum perscriptum legimus « libros decem » ; quorum tamen errore fultus J. M. A. Vacant Ethicam novam Michaelis Scoti opus esse coniecit [4]. Set, etsi Michaeli Scoto non interpretationem primi libri, sed commentarium in decem libros Ethicorum Baleus attribuit, tamen ex inscriptione cuiusdam codicis, qui librum primum Ethicorum, hic est Ethica nova, sub nomine Michaelis Scoti habebat, eius error provenisse potest [5].

Levi sane momento hoc firmamentum aestimari potest, sed maius aliquod et firmius nunc habemus : iam enim vidimus Ethicam novam partem esse cuiusdam Ethicorum Nicomacheorum ex Graeco in Latinum interpretationis completae, quam, inter omnes viros doctos saeculi XIII ineuntis, solus Michael Scotus cognovisse, et perfecte quidem cognovisse videtur (vide *supra,* pp. cxxxv-cxxxvm), quod ex se intellegitur, si hanc interpretationem ipse confecerat !

Cui favet etiam aetas, in qua Ethica nova apparuit, cum omnium illius aetatis scriptorum qui Ethicam novam laudaverunt, primus fuerit Guillelmus Antessiodurensis, in Summa aurea quam circiter annos 1220-1225 confecit [6], qui tamen,

1 John Bale, *Illustrium maioris Britanniae scriptorum, hoc est Angliae, Cambriae ac Scotiae Summarium... ad annum M.D.XLVIII,* Gippeswici 1548, f. i2or ; Id., *Scriptorum illustrium maioris Brytannig, quam nunc Angliam et Scotiam uocant : Catalogus,* Basileae MDLVII, p. 352.

2 Ioannis Pitsei Angli, S. Theologiae doctoris Liverdvni in Lotharingia decani, *Relationum historicarum de Rebus Anglicis tomus primus,* Parisiis M.DC.XIX, p. 375.

3 Vide *op. laud, (supra* p. cxxxviii, adn. 1), p. 127.

4 J. M. A. Vacant, *Les versions latines de la Morale à Nicomaque antérieures au XVe siècle* (« Revue des sciences ecclésiastiques » LI [sixième série, t. I], premier semestre 1885), pp. 470-471.

5 Baleum codicem inspexisse qui translationem Antiquiorem *completam* sub nomine Michaelis Scoti habebat conicere non ausim.

6 Cf. D. et O. Van den Eynde, *op. laud, (supra,* p. lviii, adn. 2), pp. XL-XLI ; PP. Collegii S. Bonaventurae, *Magistri Alexandri de Hales Glossa in*

cum Ethicam veterem iam diu notam plus quam vicies laudet, Ethicam novam, utpote quae modo ad eum pervenisset et etiam num vix ab eo nota esset, semel tantum (vel bis) laudat :

« Item. Aristotiles dividit virtutes intellectuales in sophiam, intelligenciam, fronesim ; intelligencia autem idem est quod intellectus, sophia idem quod sapiencia ; ergo prêter sapienciam et intellectum ponit Aristotiles terciam virtutem intellectualem, scilicet fronesim, que debet esse prudencia spiritus, et ita tria sunt dona contemplativa... Ad illud quod obicitur de auctoritate Aristotilis dicimus quod Aristotiles vocavit fronesim virtutem intellectualem, quoniam aliquando dirigit motus interiores sicut dictum est, et quia multum necessaria est contemplativis ad abigendum muscas ne perdant suavitatem unguenti »x.

quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi. IV. In librum quartum, Quaracchi (Florentiae) 1957, p. 26*, adn. 4 ; Id., *Magistri Alexandri de Hales Questiones disputatae, 'antequam esset frater'. I. Quaestiones 1-33,* Quaracchi (Florentiae) i960, p. 36*, adn. i, qui Summam auream in lucem editam esse circiter annos 1220-1221 existimant; O. Lottin, *Bulletin de théol. anc. et méd.,* VI, 1950-53, p. 341, n° 1158 ; VII, 1954-57, P- 689, n° 2618 ; Id., *Psychologie et morale aux XIIe et XIIIe siècles, t. VI,* Gembloux i960, p. 109, adn. 2, qui Summam auream circa annos 1220-1225 confectam esse tenet ; W. H. Principe, *William of Auxerre's Theology of the Hypostatic Union* («Pont. Institute of Mediaeval Studies. Studies and Texts » 7), Toronto 1963, p. 158, adn. 28, qui, quamquam eorum unum argumentum evertit, Patribus Collegii S. Bonaventurae favet ; W. Breuning, *Die hypostatische Union in der Théologie Wilhelms von Azixerre, Hugos von St. Cher und Rolands von Cremona* (« Trierer theologische Studien » 11), Trier 1962, p. 5 ; Id., *Wilhelm v. Auxerre* (« Lexikon f. Theol. u. Kirche » X, Freiburg 1965, col. 1128), qui Summam circa 1222-1225 scriptam esse putat; tandem J. Ribaillier (« Dictionnaire de Spiritualité » VI, Paris 1967, col. 1195), qui cautissime Summam circa 1215-1229 confectam esse scribit.

l Guillelmus Antessiodurensis, *Summa aurea,* lib. III, tr. XI, cap. 6, qu. 3, arg. in opp. 4 et resp. ad 4 (cod. Paris. B.N. lat. 15739, f. 2oira-rb ; ed. Pigouchet, Paris 1501, f. igora-rb ; ed. Régnault, s.a., f. 209™). — Alterum Ethicae novae locum, hic est 66.6 « optime enunciant bonum, quod omnia optant », Guillelmum laudavisse suspicatus est E. Filthaut, *Roland von Cremona O.P. und die Anfcinge der Scholastik im Predigerorden. Ein Beitrag zur Geistesgeschichte der alteren Dominikaner,* Vechta i.O. 1936, p. 65 ; legimus enim apud Guillelmum : « Bonum autem est quod omnia optant, sicut dicit Augustinus » (lib. II, tr. VII, cap. 1 ; ed. Pigouchet, f. 52™) ; apud Augustinum haec verba ego non inveni, sed sententiam Augustini non esse adseverare non ausim ; et iterum : «Boetius dicit. Bonum est quod ab omnibus desideratur... sive quod omnes exoptant » (III, tr. II, q. 11 ; f. i26rb) ; re vera « ab omnibus desiderari bonum » dixit Boethius, De consolatione Philosophiae, IV, pr. 2 (PL 63 col. 792 A) ; in memoria etiam habendus est locus Aristotelis in Topicis, III, 1, n6a2o (ed. L. Minio-Paluello, *Aristoteles Latinus,* V, Bruxelles-Paris 1969, p. 50.19) : « omnia enim bonum appetunt » ; restat ut verbum saltem « optant » proprium Ethicae novae esse videatur. — Non autem Ethicam novam, sed Topica V, 6, 136b!! et VI, 6, I45a3o-3i (ed. L. Minio-Paluello, *op. laud.,* pp. **106.25-107.1** et **129.12**) laudare videtur Guillelmus in his locis :« Prudentia

Maximi momenti est hic Guillelmi locus, cum non solum verum Aristotelis verbum in 94.19 «sophiam » solus servavisse videatur (vide *supra,* pp. cvm-cix), sed etiam aetatis Ethicae novae nos certiores faciat x.

Si ergo Ethica nova paulo ante annos 1220-1225 apparuit, in curriculo vitae Michaelis Scoti optime inseritur. Michaelem enim scimus «in 18a die veneris augusti hora tertia... anno incarnationis Ihesu Christi 1217 » Toleti fuisse, ubi translationem ex Arabico libri Al-Bitruji De motibus celorum complevit, in anno autem 1220 XII kal. novembr. (= 21a octobris) die mercurii iam Bononiae fuisse 2. Si recordati erimus Ethicae novae codicem melioris notae *Vq* (vide *supra,* p. 1 x ii) a librario Hispanico fortasse exaratum esse (sed forte cum codice in Hispania exarato compactus tantum est, cum ornatu, qui Hispanicum et Arabicum modum sapit, altera codicis pars quae Ethicam novam habet careat), conicere poterimus Michaelem in Hispania Ethica Nicomachea convertisse. Sed, cum ex Graeco eam converterit, veri similius est eum in Italia hoc opus aggressum esse. Michael enim, etsi Arabica et Hebraica lingua sat eruditus fuit, tamen ad libros Arabos et Hebraeos

virtus est que consistit in vi rationabili, sicut dicit beatus Gregorius, et etiam Aristoteles » (II, tr. XXIX, qu. i ; f. qivb) ; « Item fides est in vi rationabili sive intellectu, et similiter prudentia, ut dicit Aristoteles » (III, tr. II, cap. 2, qu. 2 ; f. i29rb).

1 Viros doctos qui, ut R. M. Martin, *Œuvres de Robert de Melun,* t. III, *Senientie,* vol. 1, Louvain 1947, P- 2^9, verba Aristotelis in libro primo Ethicorum scriptores saeculi XII laudavisse suspicati sunt, pio silentio praetereundos esse duxi. — Quoniam autem Ethica nova non nisi in melioris notae codice *Vq* « primus liber ethice » inscribitur, iuvat nos illius aetatis scriptores adferre qui laudant Aristotelem « in fine primi ethice », ut Alexander de Hales (cf. *Mag. Alexandri de Hales Glossa in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi.* III. *In librum tertium,* Quaracchi, Florentiae, 1954, P- I®2» redactione L ; lin. 15, an legend, «primi»; vide 93.15-16), vel «in fine primi ethicorum», ut loannes a Rupella (cf. P. Michaud-Quantin, *op. laud, [supra,* p. cvin, adn. 1], PP- 99« 102 « P- 73 vero «in ethicis» = Ethica vetus, I4a32), aut «in primo ethicorum », ut Rolandus Cremonensis et loannes Rupellensis (cf. E. Filthaut, *op. laud,* [in adn. sup.], pp. 64-65 ; P. Michaud-Quantin, *op. laud.,* pp. 179, i8i, 184).

2 Cf. Fr. J. Carmody, *Al-Bitrûjî. De motibus celorum. Critical Edition of the Latin Translation of Michael Scot,* Berkeley and Los Angeles 1952, p. 150; M. R. James, *A Descriptive Catalogue of the Manuscripts in the Library of Gonville and Caius College,* vol. 1, Cambridge 1907, pp. 112-113 ; *Aristoteles Latinus, codices. Pars Posterior,* Cantabrigiae 1955, p. 1051 ; L. Thorndike, *A History of Magic and Experimental Science,* vol. II, New York 1958 (5a ed.), p. 311 cum adn. 3 et 4 ; Ch. H. Haskins, *op. laud, {supra,* p. cxxxv, adn. 2), pp. 273-274.

transferendos socios sibi adscivit clericos Hispanos, qui linguae Arabicae periti erant, velut Abuteum, qui eum in libro Al-Bitruji transferendo adiuvit, aut etiam viros Hebraeos, velut illum Andream ludaeum cui honorem librorum sub nomine Michaeli conversorum Rogerius Bacon tribuit[1]. Veri simile est igitur Michaelem ad Ethica Nicomachea ex Graeco transferenda socium sibi adscivisse quendam virum linguae Graecae peritum, quem in Italia facilius reperire potuit.

Set tamen mirabitur quis, si Michael, qui praeter Ethica non nisi ex Arabico vel Hebraico libros convertit, morem consuetudinemque mutare potuit (pro libro tamen quem ipse summis laudibus ad caelum extulit, cum sit fundamentum illius scientiae moralis quae nobilior est ceteris, et cui supponitur ars astrológica, quae et ipsa est quasi tota moralis) [2]. Controversiam diiudicare non ausim et amplius pronuntiare malo : adhuc sub iudice lis est ! Interim tamen dum aliquid novi habeamus, nihil obstat quominus subscriptioni codicis Audomarensis quae sat firmis argumentis comprobata est, fidem adiungamus.

APPENDIX

DE PARTICULIS LIBRORUM I ET III AB HERMANNO ALEMANNO EX ARABICO TRANSLATIS

Iam olim v.d. C. Marchesi, quamquam verba in quibusdam codicibus addita edidit, nihilominus verbo 48.17 « transferimus » Ethicam veterem finiri iure ac merito existimavit [3]. Postea tamen A. Pelzer haec addita verba Ethicam veterem complere et codices, qui ea omittunt, imperfectos esse contendit, cumque libri I et libri III particulas, ab Ethica nova et ab Ethica vetere

1 Fr. Roger! Bacon, *Compendium studii philosophiae,* c. 8 Opera quaedam hactenus inedita» vol. i, ed. J. S. Brewer, London 1859, p. 472) ¡«Similiter Michael Scotus ascripsit sibi translationes multas. Sed certum est quod Andreas quidam Judaeus plus laboravit in his. Unde Michael, sicut Heremannus retulit, nec scivit scientias neque linguas ». Cf. E. Nolan et S. A. Hirsch, *The Greek Grammar of Roger Bacon...,* Cambridge 1902, pp. XLIX-LHI ; Ch. H. Haskins, *op. laud.,* pp. 282 et 284 cum adn. 79 ; Fr. J. Carmody, *op. laud.,* p. 17; L. Thorndike, *Michael Scot,* p. 30.

2 *Liber introductorius,* loco primo laud, *supra* p. cxxxvi.

3 C. Marchesi, *op. laud, (supra,* p. xv, adn. 1), pp. xxv-xxvi.

omissas vel ab eis discrepantes in codice Borghesiano 108 invenisset, perperam concludit has particulas reliquias esse quarundam interpretationum Graeco-latinarum[1]. Ante quam eas non ex Graeco, sed ex Arabico ad Hermanno Alemanno translatas esse paucis verbis ostendo, codices in quibus adservantur recensebo.

Particulae ergo libri I uno codice adservantur, hic est :

Rh[2]* Vaticanus, bibi. Apostolicae, Borghesianus 108, in marginibus f. 254r, 25&r, 26 it, et in f. 2&2r-v : saec. XIIIex-, secunda manu additae.' [A.L.2,8 1728]

Particula autem extrema libri III, quae hanc editionem constituit quae a G. Lacombe « editio longior » Ethicae veteris vocata est [2], his codicibus adservatur :

Qy 1. Audomarbnsis, bibi, municipalis, 598, f. 25ov-25ir : saec. XIIIex. [A.L.1 426]

Qp 2. Bbrolinbnsis, bibi. Germanicae publicae, lat. Qu. 341, f. 5o1 : saec. XIIIex. [A.L.1 822]

Qq 3. Cantabrigiensis, bibi. Collegii Gonvillae et Caii, 341/537, f. 2ior : saec. XIIIex- [A.L.1 226]
Verba addita Ethicam veterem sine intervallo insequuntur et eadem manu scripta sunt, sed praeponitur inscriptio : « Nova translacio vel vetus noviter edita ».

Qr 4. Cantabrigiensis, bibi. Collegii Gonvillae et Caii, 458/396, f. 89v : saec. XIIIex. [A.L.1 229]
Subscriptio : « Explicit liber eticorum veterum »

Qs 5. Cantabrigiensis, bibi. Collegii Gonvillae et Caii, 494/263, f. 2ior : saec. XIIIex. [A.L.1 236]

Kk 6. Cantabrigiensis, bibi. Collegii S. Johannis, 120, f. igorb-va | saec. XIII»1. [A.L.8 2037]
Excerpta.

Qv 7. Erfordiensis, bibi, urbicae, Amplon. Fol. 39, f. 285r : saec. XIIIex. [A.L.1 873]
Post Ethicae veteris ultimum verbum **48.**17 « transferimus », manu ipsius librarii scriptum legimus « Explicit », quod tamen verbum expunctum est et manu ipsius librarii addita est particula **130.4-131.**4 « Habet — dictum sit », ad quam scribendam librarius marginem inferioiem adhibere debuit, quamvis compressis lineis.

Qw 8. Florentinus, bibi. Mediceo-Laurentianae, Ashburnham 1557, f. 5ir-v : saec. XIIIex- [A.L.2 1331J
Subscriptio : « Explicit ethica aristotilis. verum est ».

1 A. Pelzer, *op. laud, (supra,* p. xv, adn. 2), praecipue pp. 325 61333 (130 et 139 alterius editionis).

2 *Aristoteles Latinus. Codices. Pars Prior,* p. 67 (particula extrema libri III edita est pp. 154-155).

Qx *g.* Laudunensis, bibl. municipalis, 433, f. 247V ; saec XIIIell. [A.L.1 484]

Lo 10. Londinensis, Musei Britannici, Regius 12.D.XIV, f. i57r : saec. XIIIell [A.L.1,8 312]

Qz ii. Parisinus, bibl. nationalis, lat. 3572, f. 2o8r : saec. XIIIell. [A.L.1 541]

Pf 12. Parisinus, bibl. nationalis, lat. 6293, f. i7or-v : saec. XIIIell. [A.L.1 550]

Ap 13. Patavinus, bibl. Antonianae, XVII, 370, f. Bv inf. (cf. *supra,* p. xix), usque ad **130.**14 « ideo » : saec. XIIIex [A.L.2 1503]

Rh 14. Vaticanus, bibl. Apostolicae, Borghesianus 108, f. 282v : saec. XIILx. [A,L 2›s 1728]

Pl 15. Vaticanus, bibl. Apostolicae, Palatinus lat. 986, f. i95r : saec. XIIIex. [A.L.2 1772]

Post ultimum verbum Ethicae veteris **48.17** « transferimus », scriptum ipsius librarii manu legimus « Explicit » ; nihilominus eiusdem libraiii manu scripta sine intervallo insequuntur verba addita **130.4-131.**4 « Habent — dictum sit in tantum » ; subscriptio (alia manu, ut videtur) : « Explicit quaitus thoethicorum ».

Wq 16. Vindobonensis, bibi, nationalis Austriacae, 2370, f. I55v:saec. XIIIPx. [A.L.1114]

Ym 17. Yalensis sive Neo-Portuensis, bibi.Marstonianae, n, f. 66r : saec. XIIIex. [A.L.S 2013]

Subscriptio : « Explicit liber ethicorum ».

Quamquam ergo in omnibus his septendecim codicibus verba addita sine intervallo Ethicam veterem insequuntur et eadem manu atque ea scripta sunt, tamen tres codices, hi sunt *QqQvPl,* diversis modis testantur ea addita esse libro iam completo.

De particularum additarum aetate et origine.

Etsi libri I et, libri III particulae disparia fata habuerunt, cum libri I particulas solus codex *Rh,* libri autem III particulam extremam cum *Rh* sedecim alii codices habeant, attamen in aetate et origine pares et aequales sunt.

Statim enim apparet eas non e Graeco translatas esse, cum Aristotelis verba Graeca non iisdem verbis Latinis reddant, sed multo licentius quam illis temporibus fieri solebat, quam licentiam mirari desinemus si animadverterimus verba Latina harum particularum propria eadem esse atque ea quibus usus est Hermannus Alemannus in Libro Nicomachie, hoc est in commentario Averrois in Ethica Nicomachea cuius interpretationem ex Arabico complevit die 3a iunii 1240 Toleti, nec non in Summa Alexandrinorum, hoc est in summario Ethicorum

cuius interpretationem ex Arabico perfecit die 8a aprilis 1243 vel 1244 (in anno notando variant codices) Quod sat apparebit inspicienti particulas operum Hermanni particulis additis libri I et III respondentes quas edidi **(132.8-135.**18).

Verba ergo quae communia habent particulae additae librorum I et III cum libris ab Hermanno ex Arabico translatis multo plura sunt quam quae casu explicari possint, cum praesertim quedam singularia sint (« redargutio » **128.**16 **133.31 134.8;** «hebetabunt» **130.**14 **135.12),** vel integrae sententiae hic et illic eadem inveniantur («actus... desiderii suum simile augmentât» **130.**13 **134.**40). Unum tantum est, quod potest quaeri, utrum particulae additae librorum I et III cuidam librario tribuendae sint qui libros ab Hermanno translatos excerpsit, aut potius ipsi Hermanno ?

Quae dubitatio tolletur, si libri I primam praecipue particulam (I27.5-8) et libri III extremam particulam **(130.4-131.**4) accuratius inspexerimus. Etsi enim hae particulae verba communia habent cum Libro Nicomachie et cum Summa Alexandrinorum ab Hermanno translatis, propius tamen ad ipsa verba Aristotelis in Ethicis accedunt, non ad verbum quidem reddita, sed per circuitus ea libertate quae inveniri solet in interpretationibus Arabo-latinis ; conici ergo potest ipsum Hermannum in manibus habuisse interpretationem Arabicam libri Ethicorum (cuius hodie non nisi altera pars adservatur) [1], quam cum contulisset cum quodam codice Ethicae novae et veteris, quae in eis supplenda vel corrigenda duxit, ex Arabico supplevit et correxit ; non enim est causa cur coniciamus Hermannum ex Arabico Librum Ethicorum integrum transtulisse, sed tantum adnotationes quas in suo codice Ethicae novae et veteris adposuit.

Restat tamen ut quidam librarii ex adnotationibus Hermanni (quae forsitan multo plures essent) eas excerpserint quas in codicibus Ethicae novae et veteris additas legimus, aliter tamen et aliter. Nam, si libri III particulae extremae verba in septendecim codicibus adservata ex uno archetypo e codice Hermanni diligentius exscripo pendere videntur, librarius qui in solo codice *Rh* libri I particulas ab Hermanno translatas adnotavit eas miscuit adnotationibus cuius origo prorsus alia est. De adnotatione quam in summo margine exteriore f. 256v codicis

1 Vide quae scripsi, *op. laud, (supra,* p. x1iv, adn. i), pp. 108-111 et 114.
2 Vide quae scripsi, *op. laud.,* p. 108.

Rh scriptam legimus taceo : « alia littera, omne enim deficiens apposicione indiget » ; in hac enim non « alia translacio », sed « alia littera » laudatur, haec est lectio varians quam habent multi Ethicae novae codices (vide 79.2 cum adn., nec non *supra,* p. lxxiii) ; verbo « littera » librarius consulto usus esse videtur. Sed in imo margine exteriore f. 270v scriptam legimus hanc ad Ethicam veterem (36.18-19) adnotationem : « Quantum enim habitus augeatur per unamquamque aposicionem incognitum est. hec est alia translacio » ; atqui haec « alia translacio » nihil aliud est quam ipsius Ethicae veteris adnotatio (vide **56**.21-23), cuius tamen verba librarius codicis *Rh* iam corrupta adfert x. Religiosius nihilominus tres primas libri I particulas (I27.5-13) e libro Hermanni excerptas exscripsit librarius, sed aliter iudicandum esse videtur de alia translatione « de fine nove ethice » : hic enim adnotationes Hermanni in textum cuiusdam pessimi Ethicae novae codicis (codici *Kj* quodam modo cognati) inscitissime insertas esse patet, ut sat ostendit adnotatio qua hanc particulam instruxi.

Quae de harum particularum aetate et origine forsitan prolixius dixi, haud tamen parvi momenti esse videntur, cum in id prodesse possint ut de aetate quorundam operum quae Ethicae veteris « editionem longiorem » laudant probius iudicemus : haec enim, ut commentarium in Ethicam novam et veterem Roberti Kilwardby quod fertur, Compendium philosophiae[2] nec non quaedam Tabula Ethicae novae et veteris [3], post annos 1240-1244 scripta sunt.

1 Pro «aposicionem», A. Pelzer, *op. laud.,* p. 333 (139 alterius editionis), legit « operationem », quae lectio verior esset (vide 56.22) ; sed codex habere videtur, ni fallor, «apone» (=« aposicionem »), non «opone» (=« operationem »).

2 Vide quae scripsi, *op. laud.,* pp. 117 et 119.

quam semel deprehendimus. Initio enim statim primi libri, cum ad verbum Graecum gqab reddendum verbum Latinum quo usus erat Ethicae novae interpres retinuisset, — nisi quod pro singulari « existit » **(65.**9) pluralem numerum « existunt » (**141**.11) substituit, quia subiectum rà *êpya* quod Ethicae novae interpres singulari « opus » reddiderat plurali « opera » reddidit, — aliam tamen interpretationem proposuit : « id est nata sunt », et adnotavit : « Sic enim melius transferretur secundum proprietatem greci sermonis quam existunt» (cf. **141.**25-28). Similiter in capitulo 2 libri III, ad verbum Graecum ioai2 *atperal* reddendum verbum Latinum quo usus erat Ethicae veteris interpres « Voluntarie » (23.22) retinuit, sed aliam interpretationem proposuit «seu eligibiles » **(180.**i), et adnotavit :« Et hec videtur melior littera» **(180.**34). Quandoque tamen aliam interpretationem quam proponit Robertus non potiorem habet, sed legenti eligendi optionem dat, velut in **141.**19 : ad verbum Graecum 94ai5 *aiperwrepa* reddendum verbum Latinum translationis Antiquioris « desiderabiliores » **(65.**18) retinuit, aliamque interpretationem « seu eligibiliores » proposuit, sed adnotavit : « Verbum enim grecum potest in utrumque transferri » **(141.29 ;** vide etiam *infra,* p. c c x l).

Quae animadvertisse multum ad rectam translationis Lincolniensis aestimationem interest : saepius enim vera Roberti verba quaerenda sunt non in textu, ubi Robertus veterum translationum verba retinuit, sed supra versus vel in margine, ubi Robertus suam interpretationem proposuit, velut :

vel totaliter
144.23 universaliter (cf. **168.24 172.14 181.**20 **184.1,5 199.22,** 25)
seu maxime seu speculativa seu speculacionis
145.26 plurimum **146.3** contemplativa *{cf.* **164.**24 contemplacionis)
sive species seu propria seu methodo vel pugnant
146.13 ideas **146.15** familiaria **151.**25 doctrine **153.17** adversantur
sive curam seu cura sive operativos
155.2 studium *{cf.* 206.29 studio) 155.14 operatores *{cf.* 155.18 159.19)
sive scienciis seu potentiarum .i. politicus
157.1 disciplinis **159.3** virtutum *{cf.* **160.27 161.3)** **160.**l civilis
seu intentio seu intendimus seu auditivum
160.5 perscrutacio (scrutacio *N ; cf.* **164.**25 scrutamur) **162.**9 audibile
seu Dividitur
162.11 Determinatur *{cf.* **196.28)**

Quandoque Robertus translationem antiquiorem primo leviter, deinde funditus retractat, velut in 98b3O *awtySós ¿orí :* concordât *N* **81.i** : vel consona concors est **L 153.1** (cf. etiam *supra,* **160.**5). Cuius rei insigne exemplum habemus in 145.12-13, ubi vera Roberti interpretatio ea est quam in margine postremo adposuit :

N	Adipiscuntur	tamen	gloriam,	quia multi
L	»	autem	racionem,	» »
	Sorciuntur	autem	racione,	propter multos

N	magistratuum	similia paciuntur Sardanapalo		
L	eorum qui in potestate sunt	»	»	»
	eorum qui in potestate sunt	»	pati	»

Rarius Robertus suam interpretationem in textu posuit, et veterem supra versus, velut :

.¡.idea	vel subfigurare	seu continuissime
148.5 species	**151.**17 figuraliter dicere	**157.3** maxime continue
seu discreto		
169.26 divisibili		

Rarius etiam duas interpretationes posuit, quae utraeque suae sunt, velut **161.**26 seu temperati sobrii (cf. **162.15), 162.**14 seu temperanciam sobrietatem.

Quoniam Robertum translationes antiquiores retractavisse patet, hoc etiam addendum est quod veterum interpretationum non nisi codices deteriores Robertus in manibus habuisse videtur, quorum falsas lectiones non nullis in locis corrigere neglexit.

In primo enim libro hae translationis Lincolniensis lectiones nihil aliud quam falsae lectiones codicum deteriorum Ethicae novae esse videntur :

2V **65.17** utique **IV** *(plerique)* : itaque **IV** *(KcKfKpQxLyQl), L* **141.**18 *N* **68,2** fit: *om. N (QnQz),* **L 143.23** **N 68.9** summum operacionum : operacionum summum *N (Kf, ir ; cf.* opositum summum *Qr)* : operatorum summum *L* **143.30** *(recte* operatorum *corr. L, sed verborum ordinem non restituit) N* 68.17 autem2 : *om. N (KcKrQyWq), L* **144.8** IV 68.20 bona **A'** *(QwKcKp)* : boni *N(MyRh)* : bonum *N (cett.),* L144.ii *N* **69.**16 excessimus IV *(VqQvl AwKfMyRhPfQmQrQxQy)* : recessimus N *(Qw)* : decessimus N *(Kr)* : discessimus **N** *(cett.), L* **145.4** *N IS.?* puta *N (VqQvAwLo)* : utputa *N (plerique), L* **149.15** **IV 76.6** ad propatoras et propagines *N (scr.)* ; ad propinquos *N (plerique)* ; ad parentes et propinquos *L* **150.6** (ad parentes *recte suppi. L, sed verbum* propinquos *perperam retinuit)* IV **78.4** generi **N** *(QvPl)* : gracia **IV** *(VqQiQy)* : generis **IV** *(plerique}* : *om.* **IV** *(AwDyQl), L* **151-4** 1V79.ii puta **IV** *(VqQvQiQoKrPlQnQrQy)* : utputa **N** *(cett.), L* **152.2** *N* **81.**5 puta *N (plerique)* : utputa **IV** *(QpYmQwDyKcKfKkLoPfQqPzWqQz),* **L 153.6** *(cf.* **L 153.**14 **154.14)** **IV 84.**16 alium nullum *N (plerique)* : *inv. N (Qi ; cf.* nullum animum *Pz), L* **I55.25** **IV** 85.5 extra iam **IV** *(plerique)* : *inv. N (MyRhQrQz), L* **156.2** **IV 89.14** non2 *N (QvQoQzQpKjKrMyPtQiQnQzWo)* : *om. N(cett.),* **L 158.**24 **N 90.20** existimabat **N** *(plerique)* : existimat **IV** *(Lo),* **L 159.17** IV91.ii ita utique **N** *(plerique)* : *inv. N (QjQnWq),* **L 159.29**

Mirum non est Robertum Grosseteste Ethicae novae non nisi deteriorem codicem in manibus habuisse, cuius omnes fere codices deteriores sunt ; Ethicae autem veteris hodieque exstant optimae notae codices *AyOs,* quaerendum est ergo habueritne

in manibus Robertus quendam illius notae codicem. Primo ergo horum codicum proprium est duplices interpretationes veteris interpretis servavisse ; quas utrum cognoverit Robertus necne, haud facile dictu est. Non nullis enim in locis translatio Lincolniensis non illam lectionem habet quam Ethica vetus habet in textu, sed illam quam codices optimae notae supra versus proponebant, velut :

V 5.5 consuetudinal! : + vel morali s.*l. Ay, in textu QjQnQpYm* : morali *L* **163** 6 **V5.i8** actus : + operaciones *s.l. Ay* : + per operaciones *s.l. Os, in textu post* actus *plerique'.* operaciones **L 163.**18 *V 5.21* accepimus: + vel habuimus *s.l. Os* : habuimus *in textu pro* accepimus *Kf* : habuimus *L* **163**.20 *V* 5.21 agentes vel operantes *Os* : operantes *AyYg* : agentes *cett.* : operantes **L 163.21** F7.19 obscuris: inmanifestis *s.l. Os* : inmanifestis *L* **165.**16 *V* IO.9 facientes : 4- vel operantes *s.l. Os* : operantes *L* **167.22** *V* **10.10** faciunt : 4- vel operantur *s.l. Os* : operantur *L* **167.23** **13.23 con"** suetudinalem : + vel moralem *s.l. Os* : moralem *L* **170.**17 *V* **16.**18 micro- prepia : 4- parvificencia *s.l. AyOsQh, in textu KjPtQz* : parvificencia *L* **173.19** *V*19.16 adversantur : 4- opponuntur 5.*l. Ay* : opponuntur *L* 175.23 *V* **20.**13 diffiniuntur : 4- vel determinantur *s.l. Os* : determinantur *in textu* 4- seu diffiniuntur *s.l. vel in marg.* **L 176.**16

Quae tamen quaestionem non decernunt, cum omnia haec Ethicae veteris verba suo Marte corrigere potuerit Robertus etsi duplices interpretationes veteris interpretis non cognovit. Sed certe compluribus in locis interpretationem quam in textu habebat Ethica vetus retinuit, alia interpretatione neglecta, velut :

V 6.13 docentis : 4- vel doctoris *s.l. Os* : doctoris *Ay* (tactoris *Yg]* : docente **L 164.li** *V* 6.22 quales: 4- qualitativos *s.l. AyOs* : quales **L 164.20** *V* **7.4** quales : 4 qualitative *s.l. AyOs* : quales *L* **165.2** *V* 7.27 voluptatem : 4- (vel) delectacionem *s.l. AyOs, in textu pro* voluptatem *Pt* : voluptate *L* **165.**24 *V* 9.22 ire : + vel furori *s.l. AyOs* : ire *L* **167.12** *V* **14.**9 dirigere : 4- vel directum facere *s.l. Os* : dirigere *L* **171.2** *V* **19.**18 minus : 4- vel parvum *s.l. Ay* : minus *L* **176.**1

Accedit quod non nullis in locis translatio Lincolniensis lectiones varias quorundam codicum Ethicae veteris habet, velut :

V 5.12 eum *loco V(OsQh, plerique)* : *ante* quis *V(pauci)* : *post* quis *V(AyKdKi),* L 163.12 F5.I2 assuescet *V (AyYgOsQh, multi)* : assuescat *V (multi dett.),* **L 163.12** *V* 6.23 sequuntur *V (Ay, multi)* : sequentur *V (OsQh, multi),* **L 164.20** F8.18 quidem enim voluptatem *V (OsQh, pauci)* : voluptatem enim *V (Ay, multi)* : voluptatem quidem enim *L* **166.n** *V* **10.**12 Vel *V (Ay VgQhQfQv), L* **167.25** : set *(plerique ; cf.* Vel sci *Ay* : Sol *Os)* *V* **10.**14 erit *V (OsQh, plerique)* : *om. V (Ayf L* **167.26** *V* **12.**13 quidem *V (AyYgOsQh, multi)* : *om. V (BzOcKmOa, multi), L* 169.12 *V* **14.4** indigencia *AyYg, s.l. Os* :

defeccio *OsQh, plerique* : defectus *DyKjOaPtQjQpYmQr, L* **170.25** **I®-1** *V (AyOsQhQjQs)* : *om. V (celt.), L* **174.**16 FI8.18 adulator *V(AyYgOsQkQy)* : blanditor vel adulator *V (KjQjQl)* : blanditor(um) *V (cett.)* : blanditor -j- *s.l.* seu adulator L 175.4 F19.I nequaquam *V (plerique)* : + verecundatur *V(QiQw RhQzWqQk*Qy*), L* **175.**10 **F20.**20 extremum *V (plerique)* : extremorum *V (DyLoKjPzQnQwQz), L* **176.23** **F21.**23 ipsos + *s.l.* nos *V (AyOs)* : ipsos *V (Qh, multi)* : nos ipsos *V (KcKjLoMyRhNoOaPtQjQkQyQmQnQpYmQsQw), L* 177.20 ***V*22.4** forsan *V(AyOsQh, pauci)* : forsitan *V(Qe, multi), L* 177.2g ***V*22.16** facillime *V(plerique)* : facile *V(OaPtQnQs,* facilem *Bz), L* **178.**11

Veri similius tandem videtur Robertum Ethicae veteris in manibus habuisse quendam, aut potius quosdam codices deteriores, nam ipse Robertus complures Ethicae veteris libros se inspexisse affirmat (cf. **172.35).**

Difficilius postremo dictu est, utrum Robertus in manibus habuerit translationem Antiquiorem librorum IV-X. Ethicam saltem Borghesianam cognovisse et retractavisse videtur, quam forsitan designaverit dum varias verbi *r¡8ovr/* significationes adnotavit : « Hoc nomen grecum lydon?; significat communiter voluptatem et delectacionem et leticiam » (I49.34-35) i nam ad verbum Graecum *r¡8ovri* reddendum saepius usi sunt verbo «voluptas» Ethica nova *(N'L* 7, Nb 4, *VL6, Lio),* verbo « delectacio » Ethica vetus *(VL* 30, *V* 4, NbL 18, *L* 180) ; verbum autem « leticia » proprium est Ethicae Borghesianae (Nh 6). Ethicam Borghesianam Robertum retractavisse confirmant verba quae ab ea mutuatus esse videtur (cf. *supra,* pp. c l x x x v iii-c x c , s.v. *aXviTOS, yeXoîos, yoveís, épáa), Xíav, papTVpéaj, a</>óSpa, rayéais,* .

Ceteras autem translationis Antiquioris librorum IV-X partes, et eas etiam quae hodie perditae sunt, Robertum cognovisse quaedam argumenta quodam modo significant. Nam, praeterquam ipse Robertus de translatione libri V locutus esse videtur (cf. *supra,* p. c l x x x v h), translatio Lincolniensis quaedam interpretationis Antiquioris vestigia servavisse videtur. Quaedam enim verba translationis Antiquioris propria neglegentia retinuisse videtur, velut « histrio » **(211.**10) et « honoracio » **(313.24** i de his duobus verbis, cf. *supra,* pp. cxxxiv-cxxxv), quibus addi potest verbum « luxuriosus » (cf. *supra,* p. c l x x x v iii, s.v. á/cóAaaros). Quaedam vero translationis Antiquioris verba in textu retenta supra versus more suo correxisse videtur, velut :

seu omnino
203.13 multum (2oa2i *irá™,* quod redditur verbis : valde *V* 4 *(corr.* inultum L], **Nl**[1] 2 *[corr.* omnino *L]* ; multum *Nn* 1 *[corr.* omnino **L],** *VL* 2, *L* 1, 1 *[corr.* omseu cura seu dativi
nino L] ; omnino *L* 13) **206.**29 studio (cf. *supra,* p. cxci) **207.4** datores

seu preciosissimum seu magnifice seu eligibilia
209.IÓ honoratissimum 210.8 decenter 213.22 desiderabilia
seu eligens
220.17 desiderans (cf. *supra,* p. cxci, nec non 170.9, ubi tamen utraque verba
seu adulatores seu habitiva
sunt Roberti) 215.21 blanditores (cf. 175.4) 226.21 habencia (cf.
seu politia seu mente
226.23) 262.6 urbanitate 263.23 intellectu

Pauciores sane sunt hae duplices interpretationes in libris IV-X quam in libris I-HI, sed forsitan quia progrediente opere Robertus sibi magis fisus est et verba eorum qui ante eum Librum Ethicorum transtulerant saepius tacite correxit. Quae cum ita sint, controversiam dirimere non ausim : tutius est candide fateri nos nescire utrum partes translationis Antiquioris librorum IV-X perditas Robertus cognoverit necne.

4. De codicibus Graecis a Roberto Grosseteste usurpatis.

Complures ad veteres interpretationes Ethicorum Nicomacheorum recognoscendas codices Graecos Robertum Grosseteste adhibuisse, ex ipsius verbis patet, cum in propriis quas textui adnexuit Notulis identidem complurium codicum Graecorum testimonium diserte adierat. Planissime enim, ad quandaiji variam lectionem Graecam quam translationis Antiquissimae verba Latina supponebant reiciendam, eam adseverat « in exemplaribus antiquis que inspeximus » non haberi **(172.**37) ; varias etiam lectiones « in diversis codicibus » haberi alibi dicit **(I95.35)** i saepius variam lectionem laudat quam habent « quidam libri» (203.33-37), «diversi libri» **(237.38-40),** «alius fiber» **(156.35 193.38 239.36 259.35),** « alia littera » (qua voce alia translatio eiusdem verbi Graeci significari potest, sed etiam varia lectio alterius codicis Graeci, velut **274.39 291.29 329.**35,41 **333.37),** «aliud transcriptum» **(293.35 343.37 347.33),** «aliud exemplar» **(253.36 357.38).** Plus quam semel tamen ex ipsis Roberti verbis patet eum, praeter codicem principalem quo utebatur, unum tantum alium codicem Graecum vidisse : cum enim lectionem propriam codex suus principalis haberet, ad lectionem communem comprobandam unum tantum alium librum adfert, quamvis, si duos alios codices inspexisset, hi duo lectionem communem habuissent (cf. **156.**35-36 **329.35).** Quandoque etiam nullum codicem praeter codicem suum principalem inspexisse videtur Robertus, cum falsam sui codicis lectionem

non nisi coniectura correxerit (cf. 346.32-37 353.37-38), aut etiam corrigere noluerit, quamquam « per commentum » veram lectionem cognoverat (cf. 285.35-38). Quod si in memoria habuerimus veteres translationes, quarum interpretes et ipsi uno minimum codice Graeco usi erant, recognovisse Robertum, sperandum est nos trium minimum codicum lectiones in translatione Lincolniensi inventuros, sed unius codicis lectiones plures esse, illius videlicet quem Robertus principalem habuit. Quod re vera evenit.

Cum autem in singulis libris alia et alia sit codicum Graecorum in classes distributio, de singulis etiam investigandum est qui sint codices quos Robertus ad veteres translationes recognoscendas adhibitus est.

Si ergo in libro I eas tantum partes scrutati erimus quas proprias habet Robertus, verba Latina inveniemus habere Robertum quae verbis Graecis respondent codicum :

L»	O»	A'"	*Pb*	M»	N»	P2
30	15	26	24	24	18	16

Praeterea, proprias lectiones codicis LB habet Robertus novem (gqaS 95a23,27 9623 98622,29 99^2,15,18), compluribus tamen in locis lectiones proprias codicis L6 non habet (velut 94614,26 95224,66 g6a23,32 g8b8). Lectiones autem proprias codicis *Kb* habet Robertus bis (ggagq O2ai9), codicis *Pb* bis (g6a23 O2a23), codicis *Mb* quater (97big oobiy oibi8 O3a3). Ex quibus conligi potest Robertum duobus codicibus usum esse, quorum principalis codicis *Lb* erat similior, secundarius vero erat classis Rb-PbM1'. In partibus autem quas Robertus cum Ethica nova communes habet, translationis Lincolniensis verba Latina verbis Graecis codicis Ob fere respondent, ut supra ostendi (pp. xcvn-c, c l x x x v iii). In summa ergo translatio Lincolniensis libri I verba habet trium codicum : *Ob*, *Lb* et *Kb*.

In libro II, in partibus Roberto propriis, verba Latina habemus quae verbis Graecis respondent codicum :

7V»	P2	PB	*Kb*	*Mb*	*Lb*	*Ob*
35	35	29	28	28	n	7

Insuper, lectiones proprias codicum *NbP*2 quattuor habet Robertus (oqai °5a33 07624 et 0962), lectiones autem proprias codicum K» semel (o3b5) et *Mb* semel (osa3i-32). In toto ergo libro II, translationis Lincolniensis verba verbis respondere videntur trium codicum Graecorum, modo codicis codicis Ol' simillimi (quo usus erat vetus interpres), modo codicis classis *N''P'*, modo codicis classis *PbKbMb* (quibus duobus usus est Robertus).

In libro III, in partibus Roberto propriis, verba Latina habet Robertus quae verbis Graecis respondent codicum :

■V"	P2	*Lb*	*Mb*	*Pb*	*Kb*	*Ob*
78	74	55	52	51	31	29

Praeterea, lectiones proprias classis *NbP2* habet sex (13a! ijba? i6b24 iybi5 i8a33 I9az8), codicis Lb unam (loaaq), codicis *Mb* quattuor (ió a23 I?b29 I9b4,io), codicum *LbMb* unam (i4b2i), codicis *Pb* duas (lobzi na29), codicis *Kb* unam (nby), codicum *PbKb* quattuor (ubi I2ai2,3i I?ai7), Certum ergo habere possumus Robertum Grosseteste quodam codice classis *NbP2* praecipue usum esse, veri simile autem videtur esse eum unum minimum alium codicem inspexisse, et hunc quidem codicis *Pb* similem. In toto ergo libro lectiones habet translatio Lincolniensis codicum Graecorum trium, *Ob, Nb* et *Pb.*

In libro IV, verba Latina habet translatio Lincolniensis quae respondent verbis Graecis codicum :

N»	*P2*	*Pb*	*Kb*	*Ob*	*Lb*	*Mb*
73	71	52	35	41	44	52

Insuper, lectiones proprias classis *NbP2* habet octo (2obq 2ibz8 22b5 23ag 2jb3O,35 26a3O,brj), solius codicis *Nb* duas (23^3 25a34), solius codicis *P2* unam (22a4) ; classis autem *PbKbOb* lectiones habet duas (zoa6 '¿qbiyj, codicum *PbKb* tres (zoazi 22b22 2/b2f?i, solius codicis *Pb* quattuor (2oa3o cqbcg 28a2,20), solius codicis *Ob* duas (2ia2 23IJ4) ; classis denique *LbMb* lectiones habet quinque (2^29,33 22a22 2ja32 28ai6), solius vero codicis *Mb* quattuor (zoa33 23b!! 24a2y 2yb33, quibus addi potest lectio similior, 2qa3o) ; adde quod duobus in locis lectiones conflatas habet Robertus (2ia25, primo lectionem codicum *PbKbOb,* secundo lectionem cett. ; 271)24, primo lectionem codicum *PbKb,* secundo lectionem cett.). In hoc ergo libro trium codicum Graecorum lectiones habere videtur translatio Lincolniensis, quorum primus erat classis *NbP2,* secundus classis *PbKbOb* et codicis quidem *Pb* similior, tertius autem classis *LbMb* et codicis quidem *Mb* similior ; quoniam autem veri simile est antiquiorem interpretem in hoc libro codice usum esse codicis *Mb* simili (cf. *supra,* p. cxxvm), conici potest Robertum ad antiquiorem libri IV translationem recognoscendam duos codices adhibuisse, quorum principalis codicis A'b similis erat, secundarius codicis *Pb.*

In libro V, verba Latina habet translatio Lincolniensis quae verbis Graecis respondent codicum :

Ah'	*P2*	*Mb*	*Ob*	*Lb*	*Pb*	*Kb*
72	73	69	53	42	42	30

Insuper, lectiones proprias classis *NbP2Mb* habet sex (34b24 35ai2-i3,22 35b24 37bi9 38a32), codicum *NbP2* unam *(35^4),* solius codicis V» unam vel duas (37bq), solius codicis *Mb* novem (2pb24 3oa2i 3iai6,b8, 32a24,bi9 37bi7,22,25) ; codicis Ob lectiones proprias habet quattuor (32ai2 34b/ 38a2,5) ; codicum *PbKb* lectiones habet tres (3oa23 32b23 33bzo) et solius *Pb* tres (32b8 33b23~25 34a!?). Trium ergo codicum Graecorum lectiones habet translatio Lincolniensis libri V, similium codicibus *Ob* et *Pb.* Cum autem in hoc libro antiquior interpres codice codici simili usus sit (cf. *supra,* p. cxxvm), conici potest Robertum ad eius verba recognoscenda duos codices Graecos adhibuisse, quorum principalis similis erat codici *Nb,* secundarius codici *Ob.*

In libro VI, verba latina habet translatio Lincolniensis quae verbis Graecis respondent codicum :

AU>	*p*2	M»	*Pb*	*Kb*	*Lb*	Ob
94	87	42	62	37	45	43

Insuper, lectiones proprias codicum *NbP*2 habet undecim (38635 40325,27, by 4ialo,bi7,2i 4237,16,17,30), codicum *P*2*Mb* tres (4067,21 43b7), solius codicis A,b quattuor (4065 43ai4 44615,17), *P*2 unam (39614), *Mb* unam (41631) ; codicum *PbKb* lectionem habet unam (44a2), solius codicis *Pb* unam (39a3&), *Kb* duas (39a24 43a3) ; classis *LbOb* lectionem habet unam (45ag), solius autem *Lb* unam (42a5). Cum autem in hoc libro antiquior interpres codice codici *Ob* simili usus esse videatur (cf. *supra,* p. cxxvni), Robertus eius verba correxisse videtur ad normam duorum codicum graecorum, quorum principalis similis erat codici Ah>, secundarius vero codici P».

In libro VII, si de partibus quas communes cum Ethica Borghesiana habet Robertus rationem non habeamus, verba Latina habet translatio Lincolniensis quae verbis Graecis respondent codicum :

Nb	*P*2	*Mb*	*Pb*	*Kb*	*Lb*	*Ob*
90	90	69	67	47	46	42

Insuper, lectiones proprias classis *NbP*2*Mb* habet octo (49633 51325,27,33 5zan 53a3i 54615,21), codicum *NbP*2 quinque (46a2,b34 47a6,bi5 48630), solius codicis *Nb* tres (4568 4ga2O,b22), *P*2 unam (4662), *Mb* quattuor (45617 48619 52622 53611) ; codicum *PbKb* lectiones ha6et tres (53a! 5363,24), codicis *Pb* quattuor vel quinque (46617 47a32 5oa3 53627,28), codicis *Kb* unam (53a3i) ; lectiones classis *LbOb* habet quinque (45bi7 47aig,34,bi6 54a33), solius codicis 0» duas (4963 5ia6). Cum in hoc libro antiquior interpres codice codicis Nb simili usus sit (cf. *supra,* pp. cxi-cxu et cxxvni), ad eius verba recognoscenda Robertus, praeter suum codicem principalem, qui et ipse classis *NbP*2 erat, duos alios codices inspexisse videtur, quorum unus erat codici *Pb* similis, alter vero codici *Ob.*

In libro VIII, si de partibus quas communes cum Ethica Borghesiana habet Robertus rationem non habeamus, verba Latina habet translatio Lincolniensis quae verbis Graecis respondent codicum :

A'b	*P*2	*Mb*	*Pb*	*Kb*	*Ob*	*Lb*
102	96	80	89	49	47	74

Insuper, lectiones proprias classis *NbP*2*Mb* habet decem (56a7,b32 61632 62ai2,12,36^12,25,2963614), codicum *NbP*2 unam (62610), solius codicis Nb unam(57a7), *Mb*tres (62625,32 63610) ; codicum autem *PbKbObLb* lectiones habet septem (55ai4 58315,19,621 62a7,bl5 63316), codicum *PbKbOb* duas (56614 58628), *PbKb* duas (57635 6362), *PbOb* unam (56617), *PbLb* unam (58614), *KbLb* unam (5935), solius autem codicis *Pb* sex (58a! 60324,29,69,16 62625), Lb quinque (5562 5862 59618 6038,17), *Kb* unam (62623). Cum in hoc libro antiquior interpres codice codicis *Nb* simili usus sit (cf. *supra,* pp. cxn-cxiv), Robertus prae-

ter suum codicem principalem codicis *Nb* similem duos alios codices inspexisse videtur, unum codicis *P*,: similem, alterum vero codicis *Lb*.

In libro IX, verba Latina habet translatio Lincolniensis quae verbis Graecis respondent codicum :

Nb	*P*2	*Mb*	*Pb*	*Kb*	*Lb*	*Ob*
roo	97	67	75	57	62	41

Insuper, lectiones proprias classis *NbP*2*Mb* habet duas (64b24 ójajo), codicum *NbP*2 octo (64bg 65I326 *67327 7035* 71^1,13,24,by), solius codicis *Mb* duas (64b13 yobaj) ; codicum autem *PbKb* lectiones habet quattuor (64145(á),b'21 7oai6), solius *Pb* duas (63b33 671529), solius 7G> duas (6sb7 7oa32) ; classis *LbOb* lectionem habet unam (67a24), solius *Lb* tres (68b2 6gbio 7oa6), solius *Ob* unam (ôsbç). Trium ergo codicum lectiones habet, similium codicibus !Vb, *Pb* et *Lb*.

In libro X, in partibus quas habet codex *Nb*, verba Latina habet translatio Lincolniensis quae verbis Graecis respondent codicum :

.Vb	*P*2	*Lb*	*Pb*	*Rh*	*Mb*	O»
90	80	78	45	25	25	33

in partibus autem in quibus *Nb* deest :

*P*2	L»	*Pb*	*K*l2	*Mb*	*Ob*
38	37	24	(13)	19	19

Insuper solius codicis *Nb* lectionem habet unam (73a8), solius *Lb* unam (72a22) ; lectiones autem classis *PbKbMbOb* habet tres (73b2o ygaai 7gbi5), solius *Kb* unam (8ia22 ; desunt in *Kb* 15 loci), solius Mb unam (73a23), solius *Ob* duas (72a26 74ar6). Cum in hoc libro antiquior interpres codice codicis *Ob* similiore usus esse videatur, ad eius verba recognoscenda Robertus duos codices Graecos adhibuisse videtur, principalem codicis *Nb* similem (non tamen mutilatum), secundarium codicis *Pb*.

Quae omnia, ut uno aspectu intueri possint legentes, in forma quae insequitur conlegi :

	codices veterum transi.		*codices Roberti*		
	V	N	*principalis*	*secundarius*	
I		*Ob*	*LP*	*Kb*	
II	*Ob*	*Kb*		Pb	
III	*Ob*	*Kb*		*Pb*	
IV		*M*s>		ps	
V		*Pb*		Ob	
VI		*Ob*		Pb	
VII		*Nb*	TVb	Pb	Ob)
VIII		*Nb*	yçb	Pb	(4. Lb)
IX			ATb	Pb	pb)
X		*Ob*	Xb	Pb	

5. De ipsius Roberti Grosseteste Notulis.

Cum Roberti Grosseteste Notulas a S.H. Thomson iam sat exploratas habeamus [1]easque a quodam viro docto mox editum iri magna spes nos teneat, de iis haec pauca tantum dicere sufficiat, quae ad propositum nostrum necessaria sunt. Cum enim in duobus Roberti Notulae fere versentur, in verbis et in rebus, ad nos hae solae pertinent in quibus de verbis Aristotelis e Graeco in Latinum convertendis agitur. Quas ab editore Libri Ethicorum a Roberto translati edendas esse duxi, quoniam vel aliam Aristotelis verborum translationem proponunt, qua quorundam codicum (in primis codicis *Se)* variae lectiones explicantur, vel translationem sic enodant ut sine eis verborum Latinorum Roberti vis saepius intellegi non queat, adeo ut adduci possimus ad ea perperam corrigenda.

Has ergo Roberti Notulas (vel Notularum partes) in adnotatione aut supra versus laudavimus, ex codicibus praecipue *CwFh(Ut), Eo, Ks(Ff), Oq, Na* (in principio libri), *St,* nec non ex codice *Cc* qui, quemadmodum codex Vigorniensis F.63, quamquam Librum Ethicorum sine commentariis graecis a Roberto translatis habet, nihilo minus multas Roberti notulas, ei saepius ascriptas, in marginibus vel supra versus habet ; codices autem *KtUe* et exemplar parisiacum Lp Roberti Notulas integras rarius habent, saepius autem varias lectiones habent ex eis excerptas.

1 Vide *supra* p. clxxxiv, adn. 2. — Cf. etiam quae dixi in S. Thomae de Aquino, *Sententia Libri Ethicorum* (« Opera omnia iussu Leonis XIII P.M. edita » XLVII, 1), Romae 1969, Praef., pp. 21* (de codice *Ff* = R6)*; 24* (de codice *Oq* = O8)*;*25* (de codice *Ks* = *P11)* ; 25i*-252* (de codice *Eo* = *Et),* ne cum Roberti Notulis confundamus adnotationes e Thomae Sententia depromptas, quod maxime in codice *Eo* heri posset, cum in eo scriptura librarii qui Roberti Notulas scripsit ad speciem scripturae illius qui adnotationes e Thomae Sententia depromptas adposuit prope accedat ; in codice autem *Oq* scriptura librarii Anglici qui Notulas Roberti scripsit primo aspectu a scriptura illius qui excerpta e Thomae Sententia adposuit differt, ita ut nullam iustam excusationem habeat J. Dunbabin, *Robert Grosseteste as Translator, Transmitter, and Commentator : The 'Nicomachean Ethics'* («Traditio» XXVIII, 1972, PP- 460-472), quae (p. 468) Roberto ascripsit verba Thomae, *Sententia Libri Ethicorum,* I 6, 87-96 : « Notandum... bonorum ».

6. De translatione Lincolniensi circiter 1246-47 absoluta.

Cum de translationis Lincolniensis aetate dicere rerum scriptoris sit potius quam verborum editoris, hoc tantum necesse habeo scribere, quod in his quae de translationis Lincolniensis aetate historici olim scripserunt [1] pauca nunc corrigenda sunt, ut huius novi rationem habeamus, quod translationem Antiquiorem decem libros Ethicorum Nicomacheorum omnes complexisse iam tandem scimus, etsi librorum IV-X translatio, praeter librorum VII et VIII particulas quae Ethica Borghesiana vocantur, omnibus fere ignota remansit ; non nullis ergo in locis saeculi XIII medii scriptores non Lincolniensem, sed Antiquiorem translationem librorum etiam IV-X laudavisse possunt. Qua tamen re nova comprobatur opinio Danielis A. Callus, translationem Lincolniensem non ante annos 1246-47 absolutam et in lucem editam esse [2].

C

DE TRANSLATIONIS LINCOLNIENSIS EDITIONE MINORE (*L2*)

De recensionis L2 codicibus recensendis.

Quoniam Libri Ethicorum textum sine commentariis a Roberto Grosseteste translatis complures codices habent in translatione Lincolniensi, sed in quadam certa recensione quam ex uno atque eodem exemplari pendere patet, hanc recensionem, quae pro quadam Libri Ethicorum a Roberto translati editione minore haberi potest, siglo *L2* designamus. Cuius testes quodam modo sunt codices :

1 Vide O. Lottin, *op. laud, (supra,* p. cx, adn. i) ; H. Dondaine, *op. laud, (supra,* p. cxxxvn, adn. 3) ; sed praecipue D. A. Callus, *The Date of Grosseteste's Translations and Commentaries on Pseudo-Dionysius and the Nicomachean Ethics* («Rech, de théol. anc. et méd. » XIV, 1947, PP- 200-209).

2 Cf. D. A. Callus, *op. laud.,* p. 207 ; Id., *Robert Grosseteste as Scholar* (« Robert Grosseteste Scholar and Bishop... », Oxford 1955), p- 64.

1. *Qg* = Abrincensis, bibl. munie. 222.
2. Audomarensis, bibl. munie. 619.
3. Baltimorensis, bibl. Walter., s.n. (usque ad VIII, **527.**10).
4. Berolinensis, bibl. Germ, publ., Lat.F01.652.
5. Berolinensis, bibl. Germ, publ., Lat.F01.781.
6. Brugensis, bibl. publ., 203.
7. *Hr* = Cantabrigiensis (Amer.), bibl. Hofer., Typ233H.
8. *Ky* = Cracoviensis, bibl. Jagellonicae, 501.
9. Florentinus, bibl. Laur., Ashburnham 1557 (lib. IV-X).
10. Mediolanensis, bibl. Ambr., A.2O4.ini.
ri. Monacensis, bibl. publ. Bavaricae, clm.16101.
12. *NI* = Neapolitanus, bibl. nat., VIII.G.27.
13. Norimbergensis, bibl. munie.. Cent.III.98.
14. *Kv* = Parisinus, bibl. nat., lat. 12954.
15. Patavinus, bibl. Anton., Scaff.XX,456.
16. Pupiensis, bibl. comm., 14.
17. *Rf* = Rotomagensis, bibl. munie., I.40.
18. Tirasonensis, bibl. Capit., 71.
19. Tudertinus, bibl. comm., 97 (lib. IV-X).
20. Vaticanus, arch. Basilicae S. Petri, H.53.
21. *Ci* = Vaticanus, bibl. Apóstol., Chisianus E.VII.225.
22. *Ou* = Vaticanus, bibl. Apostol., Ottob. lat. 2524.
23. *Yt* = Vaticanus, bibl. Apostol., Vat. lat. 2995.
24. *Yü* = Vaticanus, bibl. Apostol., Vat. lat. 2996.
25. Zagrebiensis, bibl. Capit., MR.14.
26. Zwettlensis, bibl. monast., 318.
27. Fabrianensis, bibl. comm., Fragm.B.187 (fragm. libri V).

quibus addenda est editio tertia (Venetiis 1481, cum commentario Burlaei) nec non editiones ex ea pendentes (cf. *infra,* pp. c c x x ix -c c x x x i).

Quo facilius autem recensio L2 ab aliis secerni possit, duodecim primas lectiones huius recensionis infra recensebo :

375.18 omnibus] *om.* **377.1** est] autem **377.2** Secundum — eruditus] *om. (cum Rp2, pr.m. Rp3)* **378.ii** totaliter] universaliter vel totaliter (vel totaliter *in textu, cum Ff, KtUeOk Laud. 432, St1)* **382.4** Quid] Quoniam **382.**i8 hec] aliud **382.**20 esse] utique **382.29** universaliter] *om. (cum Rt)* **383.20** et pedis] *om.* **383.26** bovi] homini **384.12** anime] *om. (cum Rt)* **384.20** habencia (habent **Ll)]** habens

Has igitur lectiones omnes ad unam habent codices *Rf* (praeter tres primas, pro quibus deest *Rf), Kv, NI,* Baltimorensis (praeter quinque ultimas, pro quibus deest), *Ou, Ci,* Mediolanensis, *Qg, Ky,* Zwettlensis.

Ceteri autem codices harum lectionum habent :

ii : *Yt,* Pupiensis (— omnes, praeter **384.20** «habens»).
10 : *Yü* (in 383.20, pro « et pedis », suppi. « pedes » ; in 384.12, « anime » suppi., sed post « operacio »).

9 : Tirasonensis (in 382.4, lectionem conflatam habet « quid quoniam » ; in **377.2 383.20 384.20,** menda correcta sunt ex L1).
8 : Brugensis 203, Monacensis 16101.
7 : Audomarensis 619.
6 : Berolinensis 781, Patavinus 456.
5 : *Hr,* Zagrebiensis, editio Veneta 1481.

Codicis Norimbergensis Cent. III. 98 non vidi nisi imagines luce expressas foliorum 3r-5r (375.4-382.6), in quibus quinque primas lectiones recensionis *L2* omnes habet, et foliorum 78v-79r **(585.20** ad finem) ; codicis autem Berolinensis 652 imagines foliorum **i**r-ior (375.4-383.i), in quibus ex 8 lectionibus recensionis *L2* habet quattuor.

De codicibus recensionis L2 in classes distribuendis.

Ut autem codices recensionis *L2* in classes, quantum fieri potest, distribuam, varias lectiones quas complures huius recensionis codices in initio primi libri **(375.4-385.24)** habent infra recensebo, et primo lectiones quas communes habent quaedam paria codicum qui inter se coniunctissimi esse videntur.

Lectiones igitur communes habent codices Baltimorensis et *Ou* has :

377.11 multumj *post* 11-12 utile utique **379.**16 Ideo] Et ideo 38O.30 aliud quidj quid aliud quidem **381.7** vel] et **382.24** hec] huiusmodi

Codices vero *Ci* et Mediolanensis has :

377.26 existimaverunt] existimant ut **380.2** utique erit] *inv.* **380.**30 etsi] et **381.20** cognitionem-|-ydee **381.**23 magis miles] *inv.* **381.**24 quidem] *om.* **382.8** erit] *om.* **382.14** videtur] videbitur **382.29** et3] *om.*

Quinque lectiones communes habent in initio libri codices Patavinus et Pupiensis (qui coniunctissimi esse videntur usque ad **377.20,** postea autem non) :

376.10 disciplinarum] -nis **376.12** eos qui aliarum] et qui aliarum eos **376.21-22** lege sola] *inv.* **377.8** enim] om. **377.12** demonstrandum-!- sit

Sed innumeras lectiones communes habent praesertim codices Audomarensis 619 et Brugensis 203, qui, ut alibi dixi[1], in uno atque eodem scriptorio ex uno exemplari a librario Gallico

1 Vide S. Thomae de Aquino, *Sententia Libri Ethicorum* (« Opera omnia... » XLVII, 1) Romae 1969, Praei., pp. 2*, 7*, i4O*-i46*.

descripti esse videntur ; has tantum exempli gratia adferam :

375-5 Ideo] Et ideo 375.19 illa] alie 376.1 adipiscemur] -centur 376.8 utputa] utpote 377.1 iudicat bene] *inv.* 377.10 inutilis cognicio] *inv.* 377,i6 desiderat] -rant 377.18 igitur] *om.* 377.19 bene] bonum 377,24 ipse + est 377.27 et] est 377.28 causa est] *inv.* 378-4 lateat] latet 378.13 vel] et 378.15 obediet] obedit 378.16 ponet] ponens 378.28 et] id est 379.6 est] *om.* 379.8 enim] igitur 379.15 quis] quidem 379.17 sunt + bona 379.2o forte perscrutari] perscructari (!) forte 379.24 veritatis] virtutis 379.31 erit] esset quedam] *post* in hiis ydea 380.6 bonorum] horum utique una] *inv.* quedam sciencia] *inv.*

Postea lectiones quas habent tres minimum codices recensionis L2 enumerabo (nec non eas quas habent duo codices non coniunctissimi) :

375.4 et2] *om. CiPupYilZag, Bev.781* 375.7 enimj *om. MedAudBrug* 375.10 opera] *post* 9 meliora *YtTir* 375.11 fiunt] sunt *YüHvZagAudBvug, Bev.781, ed. 1481* 375.14 virtute + sunt *BalOuCiMedTirYü, Bev. 652, Bev. 781* 375.18 ipsis] hiis *CiMed, ed. 1481* 376.10 veroj autem *QgPat HrZag* 376.14 enim + unum *Ky, Bev. 781* et1] *om. KvMedTivPup PatHvMon, ed. 1481* 376.15 et1] *om. BalOuZagAudBvug* 376.16 igitur] *om. QgKyOuPupPatHvZag* 376.25 grosse] crosse *CiMedZag* 376.26 et2] *om. KyNovZwetPupZag, Bev. 652* 376.27 *estj om. OuPup* 377.11 utique] *om. QgKyTivPupPatHvZag* : autem *Bev. 652* 377.16 desiderat + et *BalOuTivMon* quid] quod *PupPatZagBvug* 377.17 quid] quod *PupPat, ed. 1481* 377.18 plurimis] pluribus *CiMedYü* : omnibus *PupPatHvZag* 377.19 vivere autem] *inv. OuPupPatHvZag, Bev. 652, ed. 1481* 377.23 divicias] deicias *NIPat* 377.2/ bona] *om. CiMedPup YüBev. 781* 378.1 quidem igitur] *inv. ZagAudBvug* : igitur *om. Pat* 378.2 vel] ut *Rf* : aut *CiMedHv* 378-5 et1] *om. PupYüPat* 378.n vel *(ante* totaliter, *cf. adn.)]* et *PupYüMon* enim] autem *YtQgKyCiMedTiv ZwetPupPat* 378.19 existimare] existimare estimare *KvQg* ; existimare extimare *Yt* : extimare estimare *NI* : extimare *Pup* 378.23 est] *om. OuCiMed PupYü* 378.28 Qui] Quidam *CiPupYüPat2* : Secunda *Med* 379.7 utique + quis *Ci2MedYüZag* : quis *non loco Tiv, Bev. 652, Ber. 781* (aliquis *ex suppi, loco Pat, ed. 1411, non loco Pup)* 379.10 plurimum -f- *(in textu)* seu maxime *RfKuNIQgKy* : + vel maxime *Hv* 379.16 etj *om. BalOuPatHvZag AudBvug* 379.17 fines] finem *QgHv* aliquis utique] *inv. CiMedYü, Bev. 781* 379.25 sanctum] secundum *RfZwet (cum* £p) 380.2 altera] cetera *Bev. 652, Bev. 781* 380.3 enim] *om. YtQgHvZag* 380-5 4ue + sunt *PupAudBvug etj om. OuPupAudBvug* 380.ii est racio] *inv. ZwetZagMon* 380.14 perpetuum] in *pvaem. BalOuMon* 380.16 ipso] eo *YtZag* 380.17 coordinacione] ordinacione *CiMedPupAud (cum Ff)* 380.18 sit] est *BalOuMon* 380.24 utique] *om. CiMedPatZag, ed. 1481* : *ante 23* dupliciter *Pup* 380.31 bonorum] bona *PatHvZag* utique aliquis] *inv. CiMedTivPupYü, Bev. 781* aliud aliquid] *inv. PatZag* : aliquid *om. AudBvug* 381.11 utique] *om. YtZag* 381.12 et] *om. QgKyCiMed TivPupAudBvug, Bev.781, ed. 1481* 381.13 quod] quoniam *YtCiMedTivPup ZagAudBvug, Bev. 781* 381.15 utique] *om. PupZag* 381.18 quidem] *om. ZagAudBvug* 381.21 bene] bonum *KvQgZwetMon* 381.24 est]

om. YtNor **382.3** enim1] *om. PupZagMon* **382.4** *-^ut* (^'el -L2)] *Yt QgNorZwetPatHrMon* gracia' *om. RfKvNlKyOuYii* **382.6** vero1] autem *QgPat* **382.13** omnino" omnia *QgPatHrZag, Ber. 6-52* **382.1/** est *om. QgCiMedTirPupYü* 382.23 ipsam (ipsa L2)] se ipsa *BalOuTir2Zag, Bev. 652* **382.24** per] propter *YtBalAudBrug, ed. 1481* suspicantes **4-** et *BalOuPat, ed. 1481* **382.27** ex per se] expresse *XlQgKy* : ex se *YtZag* **382.29** et1] *om. QgPatHrZag* **383.12** quid'| quidem *OuPupYüZagAudBrug, Ber. 652, ed. 1481* **383.13** autem enim *PatHrZag* **383.**16 bonum esse] *inv. KvCiMedTirYii, Ber. 781* videtur *QgCiMedTirPupYüPatAud BvugMon, Ber. 781, ed. 1481 [cum* **Rp)** : videbitur **L1, L2** *[cett.),* **Rt** utique' *om. QgPatHr* : *post* homini *Ky* **383.17** opus aliquod' *inv. CiMedPup* **383.1**8 quidem et coriarii| quidem et coriarii quidem *Kv* : et coriarii quidem *NlAudBrug* (quidem *om. Pat)* **383.23** quidem' *om. PatZag* **383.26** ergo (vero L2)] autem *PatZag* equo] e converso *RfKvXI (cum KtUe, Crb. 222)* **384.**ï utique] itaque *KvOu* **384-3** racionem *OuPupYüPat, Ber. 781, ed. 1481 (cum* **Rp)** : operacionem **L1, L2** *(cett.),* **Rt** **384.6** huius1] hominis huius *OuCiTivYüBrug* : hominis *PupA ud* **384.**9 autem2] *om. QgHrZag*, Ber. 781* **384.17** quidem] *om. QgKyOuHr* igitur' *om. ZwetPup* (enim *Ber. 781)* forte] *om. Med^PatAudBvug* : *post* figuraliter *Med2Zag* **384.19** hominis *TirYüPatZagAudBrugMon, ed. 1481 (cum* **Rp)** : omnis **L1, L2** *(cett.),* **Rt** **384.26** rectam] rectum *YtPupZag* **385-3** expetendum! expectendum *RfYü AudMon2* : expectandum *Mon1* **385-7** autem' *om. KvOuYüAud* : sunt *Med* **385.8** autem] *om. PatHr* **385.9** terminentur] terminandum *Qg Mon* **385.12** ergo *post* de ipso *PupAudBrug* **385.13** enim] *om. CiMed Zag* **385.16** dicimus] dicemus *QgZagAudBrug* **385.**18 hand *om. QgZag* **385**.20 et1] *om. PatZag* 385.23 felicem -|- esse *ZagAudBvug* fere? *om. PatMon*

Ut ea quae in superioribus dispersa sunt sub uno aspectu ponam, quotiens codices bini congruant in tabula quae sequitur (p. ccvi) conlegi.

Etsi codicum classes ex hac tabula sat apparent, tamen hoc addendum est quod paulo post initium (paulo ante finem folii **i**v) codex Pupiensis classem mutare videtur. Nam in **375.**4-**377.19,** varias lectiones habet 15, ex quibus habet codex Patavinus 12, codices vero *CiMed,* 0 *(Ci* solus 1, *Med* solus 1), codex *Yü* **i.** Sed in **377.27-385.23** varias lectiones habet codex Pupiensis 24, ex quibus habet codex Patavinus 6, codices vero *CiMed* 12 *(Ci* solus 1), codex *Yü* **n.** Codices etiam *AudBvug* in initio cum codice *Pup* non stant, sed quia ipsi correcti sunt, ut *infra* patebit (pp. ccvn-ccvni).

De codicibus contaminatis.

Ut enim codices recensionis L2 recte aestimari possint, restat ut recensionem L2 in non nullis codicibus aliis recensionibus contaminatam esse ostendam.

Edl481

Mon

Ber652

Brug

Aud

Zag

Hr

Pat

Pup

Ber781

Yü

Tir

Med

Ci

Ou

Bal

Zw

Qg

Ky

Nor

Yt

Nl

Kv

Rf

Praesertim recensione ***Rp*** contaminatos esse quosdam codices recensionis ***L2*** ex locis quos infra recensebo patebit :

375.13 verol *Rp,TirPupMon, Ber. 652, ed. 1481 (pm. Brug)* 375.15 frenefactiva *Rp, ZwetHrPupAudBrug, Ber.652* 375.17 itaque *Rp, ZweiPup PatAudBrug, ed. 1481* 375.20 operaciones (ipsas *om.*] *Rp, NorZwetAud BrugMon, ed. 1481* 376.8 autem (et *om.) Rp, ZwetAudBrugMon, ed. 1481* 376.li proponente *Rp, AudBrugMon, ed. 1481* 376.19 querendum (est *om.) Rp, PatAudBrugMon* 376.29 natura rei *Rp, ZwetPupPatHrZagAudBrug Mon, Ber. 652, Ber. 781* 377.2 Secundum unumquodque igitur (ergo *ZagHr)* eruditus *L^Rp*, TirZagHr* 377.5 de hiis et ex hiis *Rp, AudBrugMon, Ber. 781, ed. 1481* (+ sunt *Ber. 781)* 377.10 fit *RpRt, HrZagAudBrug, Ber.652, ed.1481* 377.11-12 utique utile *RpRt, AudBrugMon, ed. 1481* 377.23 autl *RpRt, HrZagAudBrugMon, ed. 1481* : et *Ber. 781* aliud *RpRt, HrZagAud BrugMon, ed. 1481* 377.25 autem2 *RpRt, ZagBvugMon, Ber. 652, ed. 1481* 377.27 hec multa *Rp, QgYüZagAudBrugMon, ed. 1481* 378.n-i2 Principium enim hoc quia + et si hoc appareat sufficienter, nichil opus erit eo quod propter quid *RpRt, PatZagAudBrug, Ber.652, ed. 1481* (Principium — sufficienter om. *ZagBrug* : et si hoc appareat *om. ed. 1481* : quiaom. *pr.m.Ber. 652* : uti *pro* quod *Zag* : aliquid *pro* quid *AudBrug)* 378.14-15 qui ipse omnia intellexerit *RpRt, ZagAudBrugMon, ed. 1481* (ipse *om. Brug, ed. 1481* : omnia *om. Mon* : qui a se (+ met *Tir)* ipso omnia intelligit *ex N* 69.13-14 *TirHr* : qui omnia intelligit per se *Ber. 781* : est qui per se ipsum omnia novit *Ber. 652)* 378.15 bene *Rp, HrZagAudBrug, Ber.652, ed. 1481* 379.2 quidem *Rp, NorZwetPupZag, Ber.652, ed.1481* : quoddam *AudBrug* 379.9 etl *Rp, Pad HrZagMon* 379.17 utique] *om. Rp2,3,i, Ber. 652* 379.27 numerum] numerorum *RtRp23i, PatHrMon, Ber.652, ed. 1481* 379.33 es't *Rp.NorZag Mon, Ber. 652, Ber. 781, ed. 1481* 380.14 neque quidem *RpRt, ZwetPupZag, Ber. 652, ed. 1481* : neque quod *AudBrug* 381.ri philosophie erit *Rp, Mon, Ber. 652, Ber. 781, ed. 1481* 382.4 Aut *RpRt*, Zag* 382.4-5 gracia cuius *RpRt, YtQgNorZwetPatHrZagAudBrugMon, Ber.652, ed. 1481* 382.13 quoniam *Rp, RfZwetMon, Ber. 652, Ber. 781, ed. 1481* 382.18 hec *Rp12S* : hoc *LlRtRp3* : aliud L2 : hoc aliud *Mon* 382.29 universaliter *Rp, ZagMon, Ber. 781, ed. 1481* : *om. L2Rt* : omnino *Ll, Brug1* : universaliter omnino *AudBrug2* : similiter *Ber. 652* 383.3-4 solitarium + sufficientem et *RpRt*, PatZagAud Brug2, Ber. 781* (et *om. Rt, PatAud)* : sufficientem solitariam et *ed. 1481*

Igitur ex 32 lectionibus cum ***Rp*** congruentibus quas recensui, habent *ed. 1481* 23, *Brug* 22, *Aud* 21, *Mon* 21, *Zag* 18, *Ber. 652* 15, *Ber. 781* 9, *Zwet* 8, *Pat* 8, *Pup 6, Nor* 3, *Qg* 2, *Tir* 1 (vel 2), ***Rf*** 1, *Yt* i, *Yü* i, codices vero *KvNlKyBalOuCiMed* 0.

Addendum tamen est codicem *Hr* ex his lectionibus decem habere, quorum autem una (375.15) casu accidisse potest, una (377.2) ex ***Ll*** provenire potuit, octo tandem non ex ***Rp,*** sed ex Ethica nova, cum qua ***Rp*** hic consentit, provenire videntur **(376.29 = *N*** *codd.QpYmQo* **377.io 377.23** autl, aliud **378.15 379.9 379.27 382.4-5 = *N*** *codd. DyWq)* : superius enim ostendi (pp. cxv-cxxviii) codicem *Hr* translatione Antiquiore contami-

natum esse. Infra autem ostendam (pp. ccxxiv-ccxxv) codicem *Yü* recensione ***Rt*** contaminatum esse.

Extremum est ut pauca dicam de codicibus recensionis L2 qui recensione *Ll* aliquantulum contaminati sunt. Cuius contaminationis exempla hos locos adieram :

375.24 enim 4- ita *Ll, YüZag* 377.2 Secundum unumquodque igitur eruditus *lARp*, TirZagHr* (cf. p. ccvn) 379-7 utique + aliquis *Ll, Pat, ed.1481* : aliquis *post* hanc *Pup* 380.14 magis2 + album *Ll, Pat* : album magis *Bev. 652* (albius *ex N* 72.14 *781)* 381.12 separabiliter] separabile ***Ll****, Pat, ed. 1481* 382.29 universaliter ***Rp*** : *om.* ***L2Rt*** : omnino ***Ll****, Brug1* : universaliter omnino *AudBrug2* **384.20** habencia ***RpRt*** : habens ***Lz*** : habent ***Ll****, YtTirPup*

Ad normam ergo cuiusdam codicis recensionis ***Ll*** correcti esse videntur codices *PatPupZagTirHrAudBrugYü,Ber.652, ed. 1481* (sed codex *Yt* in 384.20 non nisi casu cum *Ll* congruere videtur).

De recensionis L2 codicibus recte aestimandis.

Nunc tandem codices recensionis ***L2*** recte aestimare possumus. Optimae enim notae esse videntur codices *RfKvNlYtKyQg,* qui omnes lectiones communes classis ***L2*** habent *(supra,* p. c c ii), paucissimas autem lectiones proprias (p. ccvi), neque ulla alia recensione contaminati sunt (pp. c c v ii-c c v iii). Atque hoc etiam addendum est quod ipsae lectiones variae quas hi codices habent ipsius archetypi esse videntur. Nam in 378.ig lectio « existimare estimare » (quam quodam modo habent codices *KvNlYtQg},* et in 379.10 lectio « plurimum seu maxime » (quam habent *RfKvNlKyQgHr)* e Roberti Notulis, quas in marginibus, supra versum aut etiam in textu habent codices recensionis ***Ll,*** proveniunt ; in 382.4 verbum « gracia » (quod omittunt *RfKvNlKy OuYu)* omisisse videtur archetypum, cum non loco a plerisque codicibus recensionum ***L2R*** suppletum sit ; in 383.26 lectio « e converso » (e g°), quam habent codices *RfKvNl,* pro « equo » (eq°) ex archetypi obscura scriptione provenire videtur.

Proxime autem ex archetypo pendere videtur codex *Rf,* qui et omnium codicum recensionis *L2* antiquissimus est, cum circa annum 1260 scriptus esse videatur, ceteri vero non nisi uno medio (vel paucis mediis) interposito. Codex in primis *Kv,* qui secundus a codice ***Rf*** esse videtur, non nisi medio interposito ex archetypo pendet, cum plus quam semel insertas in

textu habeat adnotationes quae ex Alberti Lectura depromptae sunt, velut in VII, 54bi7-i8 : « dico autem secundum accidens delectabilia [sunt ilia que[a] non delectant nisi in quantum medicantur *et ita* (contra A/6.) tristiciam[la]] medicancia » (f. 101r) ; in margine manu posteriore scriptam videmus adnotationem : « hec littera a b deficit in pluribus libris » ; verba enim quae uncis inclusi sunt Alberti in Lectura (codd. Vat. lat. 722, f. 151vb ; Cantabr., bibl. Coll. Gonv. et Caii, 510/388, f. 116vb). Cuius contaminationis aliud exemplum invenies in adn. ad **525.6.**

De recensionis L2 origine et aetate.

Pura ergo et incorrupta recensio *L2,* prout ex his optimae notae codicibus restitui potest, non a quodam viro docto, sed ab indocto librario confecta est, qui a quodam codice recensionis L1, omissis commentariis Graecis a Roberto translatis, Libri Ethicorum textum neglegentius exscripsit : nam recensio *L2* a recensione *L1* non differt nisi mendis quibus scatet. Hae enim variae lectiones recensionis *L2* quas correctiones a quodam viro docto ad normam cuiusdam codicis Graeci factas esse quidam olim suspicati sunt, re vera nihil aliud sunt quam Roberti Notulae in textu inepte insertae, velut in **381.1** pro «species» (eiâo?), quod Robertus habebat in textu **(148-5),** librarius recensionis *L2* substituit « ydea », quod verbum erat translationis Antiquioris (73.12) a Roberto de industria correctum (cum verbo latino « idea » verbum graecum ¿Sea redderet), sed in quadam Notula conservatum :« id est idea», quam Notulam recensionis *L1* codices melioris notae supra versum aut in margine habebant (cf. **148.5 cum** adn.), quidam autem deteriores, ut Vindobonensis 2327, in textu post « species ».

Quando autem et ubi recensio *L2* confecta sit, nescimus. Inter annos 1250 et 1260 veri simile est eam confectam ésse, cum codex *Rf* circiter 1260 scriptus sit ; forsitan vero in Gallia confecta sit, cum idem codex *Rf* a librario Gallico exaratus esse videatur ; codex quoque *Kv* a librario Gallico scriptus esse videtur, sed codices *NlYt* a librariis Italicis, codices vero *KyQg* a librariis Anglicis ; postea autem in Italia praesertim recensio *L2* pervulgata est, quoniam in Gallia auctoritate praevaluit recensio Parisiaca, de qua nunc agendum est.

Stemma codicum recensionis

D

DE TRANSLATIONIS LINCOLNIENSIS RECENSIONE RECOGNITA (R)

Ex anno 1934, quo translationis Lincolniensis recensionem recognitam Aetius Franceschini repperit, nemo est qui ignorare possit, Librum Ethicorum a Roberto Grosseteste translatum nescio quem virum doctum recognovisse. Ut autem de hac recensione accuratiora quaedam dicere possimus, ante omnia oportet codices qui eius testes sunt investigare.

I. De RECENSIONE PARISIACA («/>)•

Plerique autem codices huius recensionis recognitae eam habent in quadam recensione quam Parisiacam vocavi, quia omnes codices qui eam habent ex exemplaribus Parisiacis in pecias partitis pendent.

De exemplaribus Parisiacis (***Rp***1'2'* *et* ***Rp***3).

Quoddam exemplar Libri Ethicorum in 17 pecias partitum apud Universitatem Parisiensem in usu fuisse compertum habemus, cum in numero exemplarium Andreae de Senonis stationarii Parisiensis die Martis 25a februarii 1304 ex Universitatis Statutis taxatorum commemoratum sitl :

« Item in textu ethicorum .xvij. pec. .xij. d. »

Quod plus est, quoddam exemplar Libri Ethicorum in 17 pecias partitum hodie quoque exstat Lutetiae Parisiorum in bibliotheca nationali : hic est codex Parisinus, bibi, nat., lat. 16584, de quo iam pridem nos certiores fecit A. Dondaine 2 ; quod

1 Codd. Vat. Regin. lat. 406, f. 66v ; Londinensis, mus. Britann., Add. 17304, f. io3r ; Vindobonensis, bibi, nat., 7219, p. 399 ; cf. H. Denifle O.P. et Aem. Chatelain, *Chartularium Univ. Paris.,* t. II, Parisiis 1891, p. 107. — De statutis quibus peciarum usus regebatur, cf. quae dixi loc. laud. (p. ccm, adn. 1), PP- 73*-i54*-

2 In *Bulletin thomiste,* 6 (1940-42), pp. 92-93.

siglo ***Rp3*** designabo. Sed hoc exemplar non nisi quoddam exemplar recentius et deterius esse videtur, ante quod aliud antiquius et melius fuisse patet, quod et ipsum in 17 pecias partitum erat, sed paulo breviores vel longiores, quod exemplar, utpote quod duplicatum esset, hoc est e binis peciarum singularum ordinibus constaret, quarum peciarum non nullae tempore progrediente refectae sunt, siglis designabo ***Rp1*** (pro pecia prioris ordinis), ***Rp2*** (pro pecia alterius ordinis) et ***Rp**** (pro pecia refecta). Hi sunt igitur peciarum termini in duobus exemplaribus. antiquiore videlicet (.Rp1-2'4) et recentiore ***{Rp3)*** :

Peciae	***Rp12i***	***Rp®***
I.	375.4 — 385.25 existere	375.4 — 386.16 natura
2.	385.25 dicto — 398.30 terribilia	386.17 delectabilia — 399.17 tristicias
3.	399.1 Signum — 410.27 aliquid	399.17 pravi — 4IO.27 aliquid
4.	411.1 In operacionibus — 422.10 virtutis	411.1 In operacionibus — 422.16 operatur
5.	422.1i Est autem — 434.4 Illiberalitas autem	422.17 fortis — 434.19 unde non *(sed tin.* 434.4-19 *deletae sunt)*
6.	434.4 in dando — 446.2 non oportet	id.
7.	446.2 irascentes — 459.4 iuste	id.
8.	459.4 coniungit2 — 472.3 facere	id.
